

CAP. Si vero. LVII.

SUMMARYM.

- 1 Concilium Gerundense quando celebratum?
- 2 Corpus Christi appellatur benedictio pœnitentiae:
- 3 Dic̄tio, vero, quid significet?
- 4 Pœnitentia infirmis an sit imponenda?

In superscriptione, ibi. Cōcil. Gerundensi.

Fuit Provinciale celebratum circa tempora Hormisdæ Pōificis anno septimo Theodorici Regis, septimo Idus Iunij, Agapeto viro clarissimo Consule, refertur tom 2. Concilior. anno Domini 524. tradit Padiba in Epitome Concilior. fol. 29. Gironda citerioris Hispaniae celebre oppidum est; Latinorum veterum ditioni subiacens, cuius populi Girondenses Augustiniani cognominantur. Vide Plin. lib. 3. capit. 3. Ptholem. lib. 2. cap. 6. Gironda vulgo dicitur.

2 In textu. Collige ex illo, quod aliquando corpus Christi appellatur benedictio pœnitentiae, ut tenet *Glossa ult.* hic sequitur *Præpos. in principio*, & est tatio quia dignus facta communione consecutus est benedictionem divinæ gratiæ, vel quia communio solum pœnitentibus datur; advertit post Hugo; & Archidiac. Turrecremat. in præsentis, numer. 1.

3 In principio textus, ibi, Verò. Quæ dictio adversatur præcedentibus iure, & in facto, Bart. in leg. si vita scriptum, num. 1. & ibi, Paulus, num. 2. & Alex. & Iason, num. 4 ff de liber. & posthum. Dec. in cap. aisi clerici, §. De adulterijs, num. 2. de indicijs per l. Si cum filius in principio de verborū obligat. Aliquando repetit qualitates præcedentes, Iason, in l. turpia, §. Si pars, num. 3 ff de legat. I. cap. accepimus, §. Si verò de fide instrumentorum cap. 2. vers. ubi verò de restitut. in integrum lib. 6. cap. pia. vers. Si verò de exceptionibus eodē lib. Clementina 1. foro competenti. Aliquando nō adversatur, nec repetit qualitates præcedentes, ut in l. eas causas, vers. Eas verò, & ibi *Glossa Bart.* & Paulus ff de condit. & demonstrat, ubi intellegunt dictionem verò poni affirmativę. Aliquando ponitur inceptivę in §. Is verò ad quem, inflit. de rerum divisione. cap. Imperatores, §. Tu verò de iuramento calumnia, alia congerit Cœud singulati. 99.

In Glossa verbo. Pœnitentiae. §

Docet *Glossa*, pœnitentiam infirmis non esse imponendam, sed notificādā, per textum in cap. 1. 26 quest. 7, de quo vide Navarr. in cap. Si quis num. 30. de pœnitentia dist. 7. quia tamen num. 33. credit utile, ac salubre agroris esse, ut eis iniungatur pœnitentia. Non quidē per ipsos subeuda, sed vel per amicos perficienda, vel per indulgentias tollenda, vel post morbum expulsum sustinenda.

CAP. Si ille. LVIII.

SUMMARYM.

- 1 Penitentiam solemnē agentes nequeūt ordinari, & an cū illis possit Episcopus dispensare?
- 2 Papa olim de se loquendo utebatur verbis singularis numeri.
- 3 Dic̄tio, quamvis, quid significet?

In principio textus. Collige ex decreto Hormisdæ Pontificis pœnitentiam solemnē agentes nequire ordinari. *Sylvester* verbo, Ordo 4. vers. Nec quinto, sub numero secundo, & late diximus ad cap. maius, num. 9. & 10. supra dist. 33. quam sententiam caute intelligendam monco, cum non eum liget pœnitentem, qui pœnitentiam, pro ut est virtus, aut sacramentum, amplexatus est; quia hic collaudandus foret, ac summis laudibus extollendus, ut adverteat Campanile diversorum iuris Canon. Rubr. 11. cap. 21. num. 1. & 10. Dispensare autem cum solemniter pœnitentibus ad minores ordines licere Episcopis, notat *Sylvester* verbo, pœnitentia, nu. 3. Bernard. Diaz in praxi criminali cap. 28. verbo, post peractam pœnitentiam, num. 3. post alios Campanile, ubi proximè. numer. 7. Addit posita ad cap. Canones, & cap. in capite Quadragesima infra hac distinctione.

2 In textu, ibi, Mihi. Nota quod olim Papa de se loquendo utebatur verbis singularis numeri; hodiè litteræ essent falsæ argumento textus in cap. quam gravi, de criminis falsi, & ibi, *Glossa* verbo, in plurali.

3 Ibi, Quamvis. Quæ dictio adversatur præcedentibus, in his, quæ sunt eiusdem generis; textus in cap. 1. de constitut. lib. 6. cap. Quamvis, de officio ordinarij, eodē lib. 1. Apostolatut. Cod. de Apostatis Bart. infl. prætoria, num. 2. & ibi, *Glossa* verbo, diversam ff. de stipular.

serorum; Ex quibus colligitur, quod etiam natura huius dictionis est explicare, & ponere causam magis dubitabilem, ut tradit Gutier. practicar. lib. 2. quæst. 80. ubi allegat Glossa verbo, Quamvis in Clemens. 1. de re iudicata, & Glossa. fin. in Clemens. 2. de rebus Ecclesie non alienand. idem Gutier. quæstione 85. numer. 2. post alios Cened. singul. 88.

CAP. Non confidat. LIX.

S V M M A R I V M.

- 1 An Episcopus possit dispensare cum bigamo, ut ordinetur?
- 2 An possit dispensare cum imperitis ad ordines, vel ad beneficium?
- 3 Dicitio, sive, quid significet?

IN principio text. ibi, Quisquā Pontificum. Citat pater Suares de censuris disp. 49. sect. 6. numer. 4. & per illum controvertit, an Episcopi possint in irregularitate bigamiae dispensare, de quo vide posita ad cap. lector. 18. nu. 2. & 3. supra distin. 34. & Prater ibi citatos consule Sazrum de censuris lib. 6. nu. 6. 7. 8. & 9. ubi explicat, d. caput. lector, & multa alia congerit, & expedit de hac materia, serio videnda sunt ne confusionē patiant per totum caput. 6. Reginal. lib. 30. tract. 2. c. 8. n. 89. ubi resolvit non posse episcopū dispē fare cum bigamo ad maiores ordines etiam si religionem intrare velit.

Ibi, Sine litteris. Non potest igitur Episcopus dispē sare cum illiteratis ad ordines, ut ex nostro textu colligit Gregor. Lopez par. t. uit. 5. leg. 64. Glossa. 13. Idem solvit Innocent. in cap. cum in cunctis de elect. Archidiacon. Ioann. Andreas, & Gemianus in capit. ult. de temporum ordinat. in 6. circa promotionem illiterati ad aliquod beneficium. Porrō de illiteratis vide posita ad capit. præcipimus 10. numer. 2. & 3. supra distinctione 34. Adde Azor inst. moral. parte. 2. lib. 6. cap. 6. per totum.

In textu, ibi, Sive. Quæ dictio distinguit verba, sed coniungit significatum Ias. in l. huiusmodi, q. Cum pater, num. 14. ff. de legat. 1. Paulus de Castro conf. 162. num. 4. vol. 2. & conf. 318. num. 4. lib. 1. Ruin. conf. 57. num. 3. vol. 1. & conf. 18. num. 11. vol. 5. In super hæc dictio sive, ita alternativam inducit, sicut dictio aut, & idem est iudicium huius dictionis cum dictione seu, quia idem omni-

no significant Cardinal. Tusclus tom. 2. littera D. conclusione. 378. num. 6. Cened. singul. 42. numer. 2. & quod ista dictio stet ampliatiue, seu augmentatiue, sentit Mandosius in Glossa facultat, §. & proprium, in vers. seu fol. 331. dum allegat textum in §. præsens, iuncta Glossa, verbo sive in Autent. de irien. & semi, tenet etiam Bart. in l. cum quis deceas per illum textum ff. de legat. 3. alios refert. Cened. ubi proximè, num. 3.

CAP. Canoncs. LX.

S V M M A R I V M.

- 1 Publicè pœnitentes ab ordinibus excluuntur.
- 2 Dicitio, Apud, quam significationem habeat?

IN textu. Collige ex textu, quod publicè pœnitentes excluduntur etiam à minoribus ordinibus, ut observant Turrecrem. & Prepos in præsenti, de quo vide Mæces p. 2. tit. 9. quæstione 35. vers. secundo, & posita ad cap. Si ille 58. supra hac eadem distinctione.

In textu, ibi, Apud. Quæ dictio denotes. Iis apud quem, ff. de verborum significat. Iis apud quem ff. de acq. hereditate Iis apud quem Cod. de edendo l. ius civile, in fine l. omnes populi, ff. de iustitia. & iure. Regulariter tamen differunt dicere apud te, penes te, quia plus est dicere penes te, quæ apud te, ut probat textus in l. penes te de verbis. significat. Insuper hæc dictio sumitur pro coram in l. t. & 2. ff. de officio præsidis l. eum, pro quo, iuncta Glossa verbo, acta ff. de in ius vocando. Accipitur etiam pro ab l. apud antiquos quærebatur, id est, ab antiquis Cod. de furtis. Tandem accipitur pro in Glossa in cap. statuum, verbo, in curia deprobend. in 6. Rebus. in d. leg. penes te ff. de verbis. significat. vers. apud Iulianū, id est in libris Iuliani, prosequitur latissimè Cened. singulari. 19.

CAP. Si quis post. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus an possit transire ad militiam secularem?
- 2 Gregorius Lopez nostram Glossam sequitur.

In textu, ibi, Ad clericatum admitti. An è converso possit clericus clericatum transire ad militiam sacerdotalem, & an perdat, si fiat miles, privilegia clericalia? Disputant Innoc. in cap. 1. de Apostatis Imol. in cap. ult. de clericis conjugatis, num. 3. & 4. Tu distingue cum Abate in d. c. ult. n. 1. quod aut clericus in minoribus promovetur ad militiam sacerdotalem, & facit actum omnino contrarium clericatu, ut quia exercet sacerdotia, seu ivit ad bellum, & similia, & immediatè perdit privilegium clericale, quia ista sunt contraria; unde ex quo elegit contrariam vitam, fuit à prima ipso facto exclusus, cap. cum renuntiatur, 32. q. 1. Aut tantum est effectus miles, & non immiscet se negotijs sacerdotibus, sed vivit honestè, ut clericus, & tunc gaudet privilegio, sentit Proposit. in praesenti. numer. 1.

In Glossa. Docet Glossa quodd clerici in minoribus solemniter pœnitentes debent conveniri sub iudice Ecclesiastico, quam, refert, & sequitur Gregorius Lopez part. 1. titul. 4. leg. 19. Glossa 3.

CAP. Quamvis caute. LXII.

S V M M A R I V M .

- 1 Solemnis pœnitentia non debet iterari, & an possit imponi mulieribus, aut clericis?
- 2 Dicitio, tantum, quid significet? & n. 3.

In textu. Collige ex illo solemnem pœnitentiam, non debere iterari, transcripsit l. 16. tit. 4. par. 1. ubi Gregor. Lopez Glossa 3. & rationes quare talis pœnitentia non refertur tradit Glossa prima in praesenti, optime D. Thom. in addit. ad 3. partē questione 28. artic. 2. An talis pœnitentia solemnis sit imponenda mulieribus, aut clericis, vide cunctem artic. 3.

Ibi, Tantum. Quæ dicitio est restrictiva orationis, & exprimitur ad solum casum expressum cap. cum ecclesia, §. partibus, de causa possess. l. Siquidem. C. de transact. Bart. in l. 1. & ibi. Ias. num. 9. ff. Si quis ius dicenti. Cardinal in cap. contingit, & ibi. Folin. num. 3. de fide instrum. Dec. consi. 18. 3. num. 1. circa medium, & cons. 328. num. 5. idem Bart. in l. Si constante, num. 42. & ibi Iason. num. 84. ff. solat. matrimonio, Tiraquel de retractu conventionali, §. 1. Glossa 6. numer. 2. & 8. Licet tamen ista dictio sit taxativa, non prop-

terea excludat casus similes, ex Iasone in l. 1. num. 10. ff. si quis ius dicenti. Bart. in l. servum, nu. 2. per illum textum ff. de usucaption. Decius in l. 1. num. 3. Cod. de bonorum posses. Tiraquel. ubi proximum. 6.

Similiter etiam ista dictio non excludit personas extraneas, & ideo promittens de suo facto tantum, censemur promittere etiam de facto heredis, & successoris sui, cum censemur eadem persona cum defuncta, Paulus de Castro in l. stipulatio ista habet in principio, ff. de verbis obligat. Bald. in l. ult. ad finem, C. de act. empt. Ias. in l. 1. num. 11. in q. limitat. ff. si quis ius ducenti, & in l. 1. tibi, §. Si quis, ex num. 1. ff. de padis. Tiraquel. de retractu conventionali, §. 1. Glossa 6. num. 4. & ista est communis opinio, ut tellatur Boer decisi. 67. nu. 5. Gabriel lib. 6. communium, tit. de verborum significat. conclusione 5. nu. 2. Sic etiam venditor promittens de suo facto tantum, nihilominus tenetur de facto sui predecessoris, ut tenet Bart. & scribentes in l. si servus furtivus, in principio per Glossam ibi, verbo interest, ff. de conditione furtiva. Tiraquel. ubi proxime, numer. 5. quem omnino: vide plures, & plura refert Cened. singulare. 21.

C A P. Pœnitentes. LXIII.

S V I M M A R I V M .

Ob atatem tenellam mitius quis puniatur.

2 Eucharistia an sit de neganda ijs, qui in patibulo suspenduntur?

3 Pœnitentia solemnis potest mulieribus imponi.

4 Seniores mitius sunt puniendi.

In textu post medium, ibi, Iuvenibus. Igitur ob atatem florescentem, mitius quis puniatur, auxilium, §. in delictis, ff. de minoribus l. si adulterium, §. 1. vers. fratres, & vers. iniustum, ff. ad l. Julianum de adulter. l. 1. §. Impubes, ff. de regulmis cap. 1. & 2. & ibi. Ioan. Audri & Abb. de delictis puerorum. Multa congerit Tiraquel. de pœnis, causa 7. num. 1. & sequentibus, qui nostri textus meminit. Iuuat quod atas iuvenilis maxime ad delinquendum incitat, ut dicit Lactantius lib. de ira Dei capit. 22. & ideo multi in prima aetate turpes, postmodum laudabiles extiterunt.

In fine textus, ibi, Viaticum.

Ponderat Gomes tom. 3. cap. 14. num. 6. an medium, & per

Prima pars Decreti.

414

& per illum docet, quod debet iudex permittere, & consentire, ut reus condemnatus ad mortem, recipiat corpus Domini nostri Iesu Christi, cum nulla sit ratio, per quam possit impediri, textus similis in cap. 2. de furtis, cap. questione, 13. quodammodo 2. Covar. lib. 2. variat. cap. 1. num. 11. In. Clas. lib. 5. sententiarum §. fin. quodammodo 99. num. 3. alios refert Cened. ad Decretal. Collectan. 4. num. 1. expressit Ordinatio nostra Lusitana lib. 5. tit. 138. §. 2. ubi cum multis Barbosa, Suar. tom. 3. in 3. part. disp. 69. sect. 3. & 4. Reginal. lib. 29. num. 70. & 71. ubi docte probat ad supplicium damnatis dandum esse viaticum, c. Quod in te, de paenitentia. & remiss. c. Super ev. de haret. in 6. Sylvester, verbo, Eucharistia. 3. quodammodo 5. dicto 8. Henr. 1. p. Summa lib. 8. cap. 5. Toletus lib. 2. Summa cap. 28. Sæ verbo, Embaristia, num. 2. latissime Stephanus Fagundes in 3. præcep. lib. 1. cap. 4. num. 3. & 4. Ioannes Sanctus disp. 40. num. 3. & 4. An autem sententia corporis afflictiva executioni mandari possit in eodem, quo condemnatus sumpsit sacramentum Eucharistie? Vide Clas. d. quodammodo 99. num. 3. Maior. de irregul. lib. 3. cap. 24. num. 15. Cened. ubi proximè, num. 3. Item Barbosam, ubi proximè.

3 In Glossa verbo, comas, ibi, solemnis paenitentia imponitur.

Docet *Glossa* paenitentiam solemnē posse mulieribus imponi, de quo vide D. Thom. in additionibus ad 3. p. quodammodo 28. art. 3. sed non debet illis coma amputari, quia mulier habet illam in signum subiectio[n]is, & ideo non competit in paenitentia mulieri comæ deponantur, sicut vivo tradit D. Thom. ubi proximè in respons. ad primum.

4 In Glossa verbo. Iuvenibus, Quia ætatis ratio.

Igitur seniores minus sunt puniendi in eodem genere delicti per textum in l. 2 ff. de termino moto, l. si quis in gravi, §. ignoscitur, ff. ad senat Consuli Syllan. tradit post alios Tiraquel. de iure primog. in praefatione, 160. qui nostram *Glossam* refert.

CAP. In capite quadragesimæ.

LXIV.

Que servanda sint in solemnis paenitentia?

5 Aliquando certus habitus assignatur.

In textu. Collige ex Concilio Agathense, que servanda sint in solemnis paenitentia; de quo vide Vinald. in Can. delabro, titulo de Sacramento paenitentia, nu. 10. cum sequentibus. D. Thom. in additionibus ad 3. p. quodammodo 28. art. 2. & 3. Campanile divers. iur. can. subr. 11. cap. 21. num. 8. Abb. in cap. 1. & in cap. quodammodo 1. de paenitentijs, & remissionibus. Bernard. in practica cap. 23. à principio, & ibi additio littera B. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 1. & 3. Sot. in 4. distin. 29. quodammodo 2. art. 5. col. 2. Belarm. & alij, ut per Henr. part. 1. de paenitentia Sacramento lib. 2. cap. 20. n. 7. Alciatun lib. 9. patagon. cap. 22. qui affirmat, quod paenitentia publica iani hodie exoleverit, nisi quod Saxones urbe Halberstadiensi, etiā eius imaginem nunc servant. Adde Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 8.

In principio textus, ibi, Sacco induit. Notat Paulus Fuschus de visitat. lib. 2. 15. num. 26. ad hoc, quod in multis videmus certum habitum assignari, etiam in remissionē peccatorum, sic & primi illi eritæ tunicas certas pro afflictione corporum suorum, gestabant.

CAP. Confirmandum. LXV.

SUMMARY.

1. Solemnis paenitentia non imponitur clericis.

2. Rebaptizatus non potest ad ecclesiasticos ordines promoveri.

In textu. Cuius meminit, & eius matrem late prosequitur Covarr. lib. 2. variat. cap. 10. num. 3. prope medium, & collige solemnem paenitentiam solis profanis concedi, sacris viris prohiberi, Alciatus lib. 9. Patagon. c. 22. in principio, D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 28. art. 3. ad 2. ubi docet, quod clero non iniungitur paenitentia solemnis, ne ordo veniat in contemptum, & sic defertur ordini, non personæ. Covarr. lib. 2. variat. cap. 10. numer. 3. post alios Salzedo in addit. ad Bernard. cap. 23. littera B.

In fine textus, ibi, Rebaptizati. Igitur rebaptizati minime admittuntur ad sacros ordines, cap. Qui bis, cum sequentibus, de consecrat. dist. 4. quibus authoritatibus hoc satis receptum est, saltem in eo, qui sciéter fuit rebaptizatus, quasi ob scientiam istam puniri iuste debeat, hac irregularitatis pena, & idem

erit in eo, qui ministraverit hoc baptismi Sacramentum sciens, iterum illud repetens, cap. 2. de Apostatis l.1. & 2. C. ne sanctum baptismum reiteretur, prosequuntur latè Bernard. in practic. cap. 15. verbo, rebaptizati, num. 1. & 2. & ibi Salzed. littera B. Covarr. multa adducens, in Clement. si furiosus, 1. par. in initio num. 8. qui uterque nostri textus meminit. An qui ignorans fuit rebaptizatus, sit irregularis? Vide Covar. ubi proximè latissime, de utroque Sures de censur. disp. 42. sect. 1. & nu. 7. agit utrum hæc irregularitas incuratur, quando quis necessitate compulsus rebaptizatur, veluti per vim, vel metum?

CAP. Illud. LXVI.

SUMMARY.

- 1 Qui solemnem egerit pœnitentiam, irregularis est.
- 2 Dicitio, quoque, quid significet?
- 3 Dicitio, ac, quam significationem habeat?

IN textu. Duo constat ex Decreto Syricij Pontificis in Epistola ad Himerium. Primum post pœnitentiam solemnem neminem esse ad ordines sumendum. Secundum, talem pœnitentia modum non esse clericis imponendum, observat Surius de censur. disp 42. sect. 2. num. 3. Sayrus de censur. lib. 7. cap. 10. n. 19. qui uterque nostrum textum referunt, & eius materiam prosequuntur. Solemnis pœnitentia ab antiquis Patribus inducta est ut gravia, & scandalosa crimina in populis evitaretur; tradit Bernard. in pract. cap. 23. verbo, post perfectam pœnitentiam in principio, qui etiam nostri textus meminit. Adde posita ad cap. si ille 58. n. 1. supra hac eadem dist.

In principio textus, ibi, Quoq; Quæ dictio est implicativa, ponitur pro, etiam, l.2. in principio, & ibi Bart. & Ias. nu. 12. ff. de pactis, idem Ias. in l. si arrogator, num. 11. per illum textum ff. de adoptionibus. Berous in cap. ult. num. 21. de usuris, Decius in l. si certis annis. num. 19. ad fin. C. de pactis, & cons. 526. nu. 2. Aliquando adversativa est, ut per Abb. in cap. fin. de usuris, licet Berous d. num. 21. reprehendat Abbatem, dicens nūquam reperiri quod dictio quoque, sit adversativa, tamen cum Abbe videtur tenere Benuen. in tractatu de asecurationibus in prefat. num. 33. fol. 22. Vide late circa alias significaciones Glossā in pragmat. sanctionis, tit. de collationibus, §. Cui rei, in vers. sed, verb. quoq; fol. 58. Tusch. tom. 2. conclus. 357. Cened. sing. 93.

In textu, ibi, Ac. Quæ est dictio co-

3
pulativa, & copulat inter diversa, l.2. §. Cum platusset, ibi. Ac protinus recens accedit ff. de origine iuris l. libertas, §. fin. ff. de statu hominum l. 2. §. fin. C. de summa Trinitate, Ioann. Andre in cap. Cum accessisset, per illū textū de constitut. n. 9. Aliquando accipitur expositivè pro idest, l. decernimus cum Glossa, verbo, ac C. de sacrosanctis ecclesijs, l. defensionis facultas C. de iure fisci lib. 10. ubi Lucas de Pena post alios Cened. singul. 16. num. 2. Denotat tandem similitudinē, seu comparationem Decius cons. 362. in principio, quicquid citat textum in Clement. l. §. 1. de iudicijs, l. 1. Cod. de errore advocatorum, §. ex hoc. intelligere, instit. quibus non est permisum facere testamentum; alij de quibus Cened. ubi proximè num. 4.

CAP. Alienum. LXVII.

SUMMARY.

- 1 Gratianus ex qua epistola Leonis transcripterit?
- 2 Gregorius Lopez nostri, textus meminit.
- 3 Intellectus Hugonis reprobatur.

IN superscriptione, ibi, Leo

Epistola 90. De Leone Pontifice nomine primo, vide posita in cap. Hoc vestra. dist. 11. & in cap. sancta, numer. 18. distinctione 15. Porro in editione operum Divi Leonis, Colonia Agrippinæ, apud Ioann. Birchmannum anno 1569. hæc epistola non est, numer. 90. sed 92.

In textu. Cuius meminit. Gregorius Lopez par. 1. iit. 4. l. 19. Glossa 4. ubi alia iura adducit.

Ibi, Quis orabit pro eo. Islam rationem impugnat Hugo, quia alij sacerdotes, & laici possunt orare pro eo, sicut etiam faciunt pro Pontifice in cap. Si Papa, dist. 40. Sed textus intelligitur quoad restitutionem officij ut sit sensus, quod non poterit haberi effectus orationis, si imponatur clero pœnitentia solemnis, quia cum non possit post talem pœnitentiam ad pristinum statum reparari, supervacaneum esset pro eo orare, ut post Archidiac. in praesenti, tradit Turrecrem. in principio. Praepositus, num. 1.

CAP.

CAP. Placuit. LXVIII.

SUMMA RIVM.

1. Episcopus qui sciens ordinaverit solē
niter pœnitentem, qua pœna punia-
tur?

2. up Dielio, nisi, quid significet?

1. In textu. Collige ex textu solemnem
pœnitentiā agentes si neces-
sitas, aut utilitas Ecclesiæ exegerit, posse de-
putari inter ostiarios, vel lectores, ita ut episto-
lam, vel Evangelium non legant, quod sancti-
tū est, propter quatuor rationes. Primo propter
dignitatē sacerdotū ordinum. Secundo propter
timorem recidivæ. Tertio ob scandalum
vitandum, quod posset oriri ex memoria præ-
cedentium peccatorum. Quartο quia ille, qui
sic solemnem pœnitentiam egit, non haberet
frontem alios corrigendi, cum peccatum eius
fuerit publicum, ut post Archidiae. in præsenti
tradit Barnard in practica cap. 23. verbo. post per-
actam pœnitentiam, num. 1. Episcopus autem qui
sciens ordinaverit in Episcopatu suo, ordinandi
potestate privatur, ut in Concilio Carthagin. 4.
Canon. 68.: Quod intellige quando ordinavit
scienter absque dispensatione, vel cum indis-
cretè dispensavit, advertit Bernard. ubi proximē,
num. 2.

2. In textu, ibi, Nisi. Quæ dictio ad-
versatur præce-
dentiibus unde si oratio negativa præcedit, di-
ctio Nisi ponit, & affirms; si vero affirmativa
præcedit, negat, & privat, quas duas regulas
ponit Dynus in regula peccatum, ex num. 1. de regu-
lis iuris lib. 6. Bart. in l. Si eum, §. Qui iniuriarum, nu-
m. 3. in fin., & ibi Ias. ex num. 26. ff. si quis cauion.
Idem Bart. in l. actione num. 1. & ibi Ias. num. 3. & 4.
Decius, num. 5. & 6. C. de transactionibus Surdus decis.
264. num. 17. Gutierr. lib. 1. Canonic. cap. 21. num. 2.
Denotat etiam, & importat conditionem sus-
pensivam. Gratian conf. 138. num. 7. & conf. 54. nu-
m. 55. & conf. 48. num. 6. volum. 1. Ias in d. §. Qui iniu-
riarum numer. 26. Cassaneus in consuetud. Burgund.
Rubr. 1. §. 5. num. 12. vers. Sil nigrace. Quod intel-
lige in ultimis voluntatibus. Secùs autem in
contractibus, quia non facit dispositionē con-
ditionalem, sed facit causam sub conditione:
reisolvit Jason, & Cassan. ubi proximē, Bald. in
l. quibus diebus, §. quidam Titio, ff. de conditionibus,
Ex demonstrat. Rip lib. 1. Responsorum cap. 2. num. 24.
post alios Cenedo singulari, 23. num. 4. quem latē

videbis numeris sequentibus, circa alias sig-
nificationes.

CAP. Ultimum.

SUMMA RIVM.

1. Ad clericatus officium non admittitur
Apostatae.

2. Apostatare quid sit?

1. In textu. Collige peccatum. Apostasia
irregularitatem inducere, sen-
tit Salzedo in practica verbo, Apostata, cap. III.
num. 2. sed in præsenti tantum dicuntur apostata
à religione, durante eo statu, non esse ad or-
dines admittendum. An vero incurrit suspen-
sionem si ita impœnitens ordinetur? Resolu-
tum supponit Suar. infra citandus disputat. 31.
sectione 6. ex vi capit. ultimi de Apostatis, non in-
curri irregularitatem per susceptionem mi-
norum ordinum sed maiorum; videri po-
test Sylvester, verbo. Apostasia, questione 8. &
verbo, dispensatio, numer. 20. Vbi significare
videtur hanc esse irregularitatem, dispen-
sabilem tamen à prælato religionis, sed neque
hic talis potestas conceditur, neque alibi, &
ideo si ex vi iuris communis ordinari po-
test, hoc oritur, quia non fuit factus simpliciter
irregularis, sed durante statu apostasie;
ut bene nostrum texum intelligit Suar. de
censuris disputat. 43. sectione quarta numer. 8. ad
fin. & favet cap. ultim. citatum de apostatis, si bene
expendatur.

2. Ibi, Apostatant. Apostasia, idem est
quod retrocessio,
seu desertio instituti semel suscepiti, cum ani-
mo, vel obligatione permanendi in illo, nam
Apostatare idem est quod deficere, seu retrocede-
re, semperque in malam partem sumitur, pro-
desertione iniqua, & inconstanti, & aliquan-
do iuxta usum latinorum dicitur etiam de re-
bus civilibus, ut apostatare à Rege, vel ab Im-
peratore, ut bene advertit Decianus in tractat.
crimin. lib. 5. cap. 7. numer. 1. Apostasia à Deo
in tria membra distinguitur à D. Thom. 2. 2.
questione 12. artic. 1. Glossa in cap. 1. de Apostatis,
ubi Innocentius Hostiens. & alij. Salzed. in practic.
cap. III. numer. 1. verbo, Apostata de quibus agit
Suar. tractatu de fide sectione quinta num. 2. & se-
quentibus.

DISTIN.

DISTINCTIO. LI.

CAP. Aliquantos. I.

SUMMARIUM.

- 1 Innocentius primus quis fuerit?
- 2 Varia lectio huius capituli.
- 3 Baptismus delet irregularitatem ex delicto.
- 4 Qui appellantur hoc textu forenses?
- 5 Qui participant in causa sanguinis, non secuta morte, aut deformitate, non fiunt irregulares.
- 6 Advocatus reum defendens in causa sanguinis, an punito pena talionis accusatore, fiat irregularis?
- 7 Milites quando fiant irregulares?
- 8 Qui sunt curiales, de quibus textus?
- 9 Nonnulla contra eos, qui larvati incedunt.
- 10 Comædia actores notantur, & qui spectaculorum voluptatem, & venationes edunt.
- 11 Episcopus qui contentos hoc textu ordinat, non habet panam ipso facta.

DE Innocentio primo vide posita ad cap. Qui nesciat, distinctione 11. numer. 1. Notavit Loaysa in Concil. Tolet. 1. quem refert Suarius disput. 47. sect. 5. numer. 6. Multa etiam de hoc Innocentio, vide apud Gabrielem Perrottum in sua historia ordinis clericorum canonorum lib. 1. cap. 28. §. 3. & cap. 36. §. 7. ubi contra multorum auctorum sententias dicitur probare Innocentium primum nullatenus confirmasse ordinem Eremitarum Augustinensem.

In textu, ibi, Aliquantos, &c. Alij legunt quantos, & ita haberi in 24. epistola eiusdem Innocentij ad patres Concilij Toletani, t. testatur summator Conciliorum. Frater Bartholomeus Carranza Archiepiscopus Toletanus in Innocentio primo fol. mihi. 110. Sayrus in thesauro lib. 6. cap. 16. nu. 1. licet ipse aliquantos legat; addit tamen textus aliquos habere, aliquando.

In textu, ibi, Qui post acceptā Baptismi. Baptūm delere omnem irregularitatem ex delicto, dis-

cam, cap. Si quis possit 24. hac distinctione n. 1. & 2.

Ibi, Forensi exercitatione. 4

Sunt hi agentes, advocati, procuratoris, solicitatores, & promotores fiscales, item, qui iudicant de causa, & processum fermant, qui processum summant ad faciliorē iudicis instrutionem, qui in favore in fisco dicit dubia, contrarietatem, nullitatem, & similia in causa sanguinis, si quota morte, vel mutilatione, qui omnes sunt irregulares, ut Doctores allegato nostro textu communiter relolvunt Panormitanus in cap. sententiam, nu. 2. ne clerici, vel monachi. Hostien. in cap. ad audiētiā de homicidio Astens. in summiā par. 2. lib. 6. tit. 14. nu. 4. Sylvest. verbo homicidium 3. q. 2. vers. primum. Navarr. in Manual. cap. 27. nu. 212. Martinus Ledesma 2. 4. q. 26. art. 2. tract. de irregularitate pag. 354. col. 3. Angelica, verbo, homicidū 5. in principio Mayolus de irregularitate, lib. 2. cap. 9. num. 1. & 2. Vivald. in Caudela br. iit. de irregul. §. 3. nu. 250. Sayrus in Thesauro lib. 6. cap. 16. n. 10. Henrig. lib. 14. de irregularitate. cap. 12. num. 8. & 10. Avila de censur. p. 7. sect. 2. disp. 5. dubio. 1. Alios preter citatos refert pro se Villa Diego tract. de irregularit. c. 6. Sotio de iust. lib. 5. q. 1. art. 4. & textū nolle dicere opimū suar. de cens. disp. 47. sect. 4. ubi ex imprudētia, & incuria typographiæ statim v. i. textus noster Innocentio tertio attribuitur, cum sic Innocentij primi, ut ipse Suar. aperie testatur. dict. disp. 47. sect. 5. num. 6.

Ibi, Obtinendi pertinaciā suscepērunt. 5

Collige hīc non fieri irregulares advocatos, nec omnes eos, qui causam sanguinis in iudicio tractant, non sequuta morte, aut deformitate, ut s. etc docēt Host. in cap. significasti 2. de homicid. & Socin. in cap. sententiam, ne clerici, vel monachi membr. 4. q. 4. Hugo cap. Si quis possit bac distict. Navarr. Manual. cap. 27. num. 211. Henrig. lib. 14. cap. 12. num. 1. Sayrus citatus num. 1. Avila ubi proximè, Suarius, numer. 6. ubi verba nostri textus sat is dilucidē explicat in hanc opinionem, additque esse mentem. Glossa. Archidiac. & Turrecremat. hic. Contrarium sequuti sunt (nimirum) hos esse irregulares, etiam non sequuto effetu deformitatis, aut mortis) speculat. iit. de dispens. §. iuxta vers. sed quid de iudice summa Astens. p. 2. lib. 6. tit. 14. art. 4. quest. 3. Sandlus Antonin. 3. p. tit. 29. cap. 2. §. 1. Summa confessor. iit. de homicidio. quest. 23. lib. 2. tit. 1. Mayolus lib. 2. de irregularit. cap. 9. n. 3. sed minus benē.

An incurrat irregularitatem advocatus, qui agebat pro Reo in causa sanguinis, illo verbo 6 absolute, cōdemnatus est actor pena Talionis ac deformationem, aut mortem passus? Videbis Panormit. in cap. Clericis, ne clerici, vel monachi. Hostien. in cap. ad audiētiā de homicid. Tebiena, verbo, irregularitas 2. §. 10. Mayolus lib. 4.

*Capitulum 7. Sicut in lib. 6 capitulo numero. 11.
Henr. lib. 14. cap. 12. num. 10. qui omnes affir-
mant. Suarius vero dilucide distinguit d. disp. 47.
sect. 4. à num. 5. Utrum assistentes in loco sup-
plicij sicut irregulares? Vide Suarium ubi pro-
xime num. 10. negative resolventem. *Glossa
inter-**

**7 In textu, ibi, Aliquantos ex
militia.** An, & quando milites sint irregu-
lares? Vide infra cap. Si quis possit 4.
dicitur dist. num. 3. & sequentibus.

**8 In textu, ibi, Aliquantos ex
curialibus.** Qui sunt hi curiales, qui irre-
gularitatem incurunt, explicat optimè Suar. proximè citatus sect. 4. num. 1.
concluditque esse omnes, qui in quacumq; se-
culari Curia ministri sunt in causis sanguinis,
quomodocumque ad illas cooperentur, ut ta-
beliones, solicitatores, procuratores, & interio-
res ministri, qui vel denuntiant, vel scribunt
tentiam, vel aliquid simile munus exhib-
tent; quos omnes dicit esse irregulares, dum
talibus detinentur; alios vero ex ijs etiam
postquam talia munera demiserunt, nimiri-
cos, qui dum eis occupabantur irregularitatē
ex lenitatis defectu contraxerunt, aut infa-
mes facti sunt, adi illum, num. 2. *Sayrum* cita-
tum lib. 6. cap. 16. à num. 1. & sequentibus, prae-
sertim, num. 12. ubi numerat satellites, licto-
res, ministrum iustitiae publicæ; qui vindictā
exercet mutilando, strangulando, in frusta se-
cando, &c. Lusitani appellant *Algos* Castellani
Verdugo Latini dicunt *tortorem, carnificem*; item
diferentes instrumenta sanguinis, eaque ad
id aptantes, & applicantes, cursores quoq; ad
eadem causam sanguinis deputatos, & præco-
nes, qui omnes irregulares, sunt ex authori-
bus ab eodem *Sayro*, ibi citatis. Consiliarij tam-
en Principum irregulares non sunt; de
quo nobis dicendū erit ad c. *Magnus*, 3. infra dist.
54. Interim consule *Greg. Lopez* part. 1. tit. 6. l. 48.
in subm. legis.

9 In textu, ibi, Qui voluptatē.
Glossa explicat ludibria quibus voluptatibus
exercitabantur homines, ut facere solent hi-
striones, actores comædiarum, mimi, & simi-
les hominum feces. *Reginaldus* in *praxi* lib. 30.
sect. 2 cap. 25. num. 197. de quibus nos in cap. ma-
ritius 2. num. 8. dist. 33. sive illi aperta facie, sive
personati has voluptates exerceant, in quos
satis eruditè invehitur. *Peres in libello*, quem
scripsit *Contra las mascaras*; id est adversus eos,
qui cavatos cortices (ut vocat *Virgilius*) ori ad-
movent, ac larvati in publicum exeunt. Vide
etiam *Gregor. Lopez* 1. 3. verbo, *vestiduras* titul. 12,
partit. 5. larvas etiam, sive larvatos incedere
Lusitanos cantum est lib. 5. *Ordinar. lit. 34.* & de-

habitu personato monachi. Vide Fr. Emmanuel
Roder. question. Regular. tom. 2. quest. 76 art. 7.

In textu, ibi, Editiones. *Glossa
inter-*

pretatur defabellis, in quibus ea agitantur, que
edita sunt ab hominibus, vulgo *Representacioens*,
comedias, quas meritò exagitat *Ribera in Micheam*
cap. 1. vers. 14. à num. 62. adducens pulchra ex
Santo Cypriano lib. 1. epistola 2. in *veteribus libro*. 2.
epistola 2. lege, & dole. Ceterum ex illico tam
voluptates, quam editiones hic esse ea omnia
qua in amphiteatris populo spectanda dabantur,
maxime spectacula gladiatorum, venatio-
nes ferarum, & cætera omnia, de quibus satis
eruditè *Lypsius in amphiteatro Romano*, contra
quos passim anti qui Patres, præsertim *Tertius*,
Irenæus in Apologetico adversus gentes, & lib. de spe-
ctaculis. Redi ad cap. presbyteri 19. num. 3. disti-
tione 34.

In textu, ibi, Deponantur.

Notæ Suarius de censuris disput. 45. sect. 4. numer. 1.
ordinatorem Episcopum, dum curiales, & hoc
textu contentos initiat, poenam inferendam
à iudice tantum incurere, licet tales vere sint
irregulares, nec ad ordines admittendi.

CAP. Designata. II.

S V M M A R I V M.

- 1 *Textus unde desumptus?*
- 2 *Qui in causa sanguinis ministrant nos
sunt irregulares, nisi sequatur ex-
ecutio.*
- 3 *Qui dicantur curiales?*
- 4 *Cause, cur curiales non ordinantur re-
missive.*

A Titulum. Desumptus est tex-
tus ex epistola 4. Inno-
centij ad Felicem Episcopum Nucerianum, ita
legit Carranza in *Innocentio* 1. fol. mihi
109. non *Micrianum*, ut habet *Gratianus*, episto-
lam refert idem Carranza.

In textu, ibi, Administraverit.
Ex hoc textu deducit. *Suar. citatus disp. 47. sect.*
4. num. 2. cum *Glossa* hic nullo modo esse irr-
egulares eos, qui in iudicio causam sanguinis
agunt, nisi mors, aut deformatio sequatur. Di-
xi cap. præcedenti, num. 5. Intellige hoc præcisè ex
ipsa actione curiali, nā si aliude officia sint in-
famia, ex hoc capite alia orietur irregularitas.

In textu

3 In textu, ibi, De curialibus autem. Qui dicantur hi curiales explicant per belle suar. de censur. disp. 47. sect. 4. num. 1. *Sayrus in thesaur. lib. 6. cap. 14. num. 9.* *Toletus statim allegandus.* Eos esse irregulares satis constat ex *Host. in summa lib. 1. tit. de obligatis ad ratiocinia, §. qualiter hoc fundamentum.* *Astens. part. 2. lib. 6. tit. 18 sum. Pisan.* in verbo ordinandus, §. 15. *Angelica,* verbo, *Curiales. sanctus Amnonin. 3. part. tit. 29. irregularit. c. 6.* *Albericus,* verbo, ordinandus, §. 15. *Sylu.* verbo, *ordo 4. q. 2. vers. nec Septimio. Tabien.* verbo, *ordo 4.* *Mayolus lib. 2. cap. 5.* *Henriq lib. 14. cap. 5. num. 5.* ubi in *Commentar. littera L.* plures refert. *Tolet. I. summa cap. 60. num. 2. edit Duaciana à fol. 1608.* *Suar.* & *Sayrus proximè citati.* *Reginaldus in praxi lib. 3. tract. 2. num. 64.*

4 In textu, ibi, Manifesta ratio.

Quatuor rationes ob quas curiales ordinari non permittuntur, colligunt *Toletus lib. 1. summa cap. 60. num. 2.* *Sayrus in thesauro lib. 6. cap. 14. n. 10.* ubi eas vide.

CAP. Præterea. III.**S V M M A R I V M.**

- 1 *Ludi amphitheatrales, ac scenici à quo inventi?*
- 2 *Innocentius primus sedet Honorij temporibus.*

IN textu, ibi, Quas à Diabolo inventas esse. A quibus ludi amphitheatrales, ac scenici fuerint inventi? Vide *Angel. Politian. miscellaneor. cap. 58.* & *Panepistemon.* vers. scenici, latè *Gregor. Gerald. de historia Poetarum, dialogo 6.* post principium veri. *Primi vero Bagnacavallo Piazza universale del mondo discorso 103.* *Iust. Lypsi. de amphib. cap. 5.* *Cælium Rhod. lect. antiqu. lib. 8. capit. 7.* ubi refert ex *Polybio* auctore, Arcades vita duros, & austeros, ut suorum civium animos aliquantulum posita austerioritate mitigarent, fuisse primos ludorum scenicorum inventores. *Ludos scenicos, inquit ille, voluptris ergo; & ad eruditam matutinam, & striatum frontem compertos esse scribunt plerique.* *Dicitus Augustinus ab eodem Cœlio relatus affirmit ludos amphitheatrales non hominum, sed inaniū Deorum fuisse inventum. Ludi scenici spectacula turpitudinam, & licentiam vanitatum, non hominum vitijs, sed Deorum iussis instituta.* Ille igitur à vero non aberrabit, qui

dixerit Diabolum esse scenicorum spectaculorum auctorem. Nam de Diabolo constat primum fuisse, qui personam, & larvam sibi appetavit, dum serpentem induit. *Genes. cap. 3. vers. 1.* De materia, & intellectu textus vide latè *Sancb. lib. 9. de matrimonio disp. 46. num. 41.* & sequentibus.

In textu, ibi, Imperatore praesente. Fuit hic Honorius magni Theodosij filius, qui in Occidente, in Oriente Archadius eius frater imperavit ab anno. 395. iuxta Bellarmini chronologiam, ac in sequentes 28. annos, meses 5. imperium protulit, incidit in huius Imperatoris tempore Pontificatus Syricij, licet non integer: Anastasij Innocentij primi, Zozimi, Bonifacij, Celestini, quod sedente, Honorius extinctus est.

C A P. Si quis post. IV.**S V M M A R I V M.**

- 1 *Textus comprehendit tam laicos, quam clericos.*
- 2 *Non baptizatus non est propriè irregularis, quas irregularitates tollat baptismus?*
- 3 *Bellum defensivum nulli est prohibitum, & nemo in illo sit irregularis & num. 5.*
- 4 *Qua ratione servetur moderamen inculpatæ tutelæ?*
- 6 *Irregularitas contracta in bello aggressivo iusto, est defectus lenitatis in laicis.*
- 7 *Quanam faciant bellum aggressivum iustum? & num. 8. & 9.*
- 10 *Varia lectio nostri textus.*
- 11 *Varia lectio nostri textus, quem optime exponit Suarius.*
- 12 *Irregularitas huius capituli est ad omnes ordines.*

IN textu ibi, Si quis. Comprehendi hoc textu tam laicos, quam clericos tenet *Suar. disp. 47. sectione 5. numer. 6. contra Mayolum qui lib. 2. cap. 9. illum intelligit non de quocumque militante, sed de Duce, vel belli præfecto.*

In tex. ibi, Post acceptū baptismū 2
Recte post baptismum; nam qui baptizatus

Prima pars Decreti.

420

non est, pro eo tempore impropre dicitur irregularis, patet ex toto titulo de presbytero non baptizato praesertim capit. 1. & 2. & capit. veniens eodem titulo. Navarr. in Manual cap. 27. numer. 205. Mayol. lib. 3. de irregularit. cap. 7. in principio Sayrus in Thesaur. lib. 6. cap. 2. num. 8. Henrig. lib. 14. cap. 1. num. 2. & in summa lit. T. Suarius de censuris disput. 40. sect. 1. num. 2. Avila de censur. part. 7. disput. 5. sectione 1. §. & primo. Ac proinde quācumque irregularitatem baptizatus incurret ob crimen proprium, vel ex infamia ob crimen sequuta, item omnem ex defectu lenitatis nullo modo incurrit non baptizatus, quamvis idem crimen committat, & infamia patiatur, & reliqua praestet, unde irregularitatem ex defectu lenitatis pateretur baptizatus; ita Sylvester. verbo, baptimus 6. questione 2. Tabiena Baptism. 8. §. 9. Mayol. lib. 5. cap. 51. num. 11. Sayrus in Thesauro lib. 7. cap. 13. num. 2. Henrig. lib. 14. cap. 18. numer. 2. & 3. Suar. proxime citatus, numer. 2. Aliquas tamen irregularitates non auferunt baptismus, ut bigamiae, defectus natalium, & quae in ipso baptismo contrahuntur, sive ex iteratione sive ex susceptione in infirmitate, de quibus ijdem Auctores.

In textu, ibi, Militaverit. Non intel-

ligas de bello defensivo iusto, ubi pro servanda, & tutanda vita patria, Rege, &c. servatur moderamen inculpatæ tutelæ, nam tunc licet quis occidat, detruncet, atque alios deformet, non propterea erit irregularis, ut optimè probat Suar. de censur. disput. 47. sectione 6. numer. 1. ubi allegat pro se Navarr. Innocent. Ioann. Andream, & Panormitan; idem Abbas in capit. petitio de homicidio, & Covarr: additque hoc pariter intelligi de laicis, ac de clericis militantibus: vide eum num. 2. & 3. & posita ad principium dist. 21. num. 6. & sequentibus.

4 Qua ratione servetur moderamen inculpatæ tutelæ tradunt egregiè Innocent. & Panormit. in capit. Olim. 1. numer. 19. de restitutione spoliat. & capit. Significasti, numer. 5. & 9. de homicidio, Sylvester, verbo, bellum 2. questione prima. Sotto lib. 5. de iustitia questione 1. articul. 4. Salon. 2. 2. questione 64. articul. 7. controversial. 1. conclusione 3. Arag. ibi dubio 1. conclusione 2. Ludovicus Lopez 1. part. instruct. conscientia. capit. 62. Navarr. in Manual cap. 15. num. 3. Phyliarcus de officio sacerdotis part. 2. lib. 4. cap. 9. Beja in respons. casuum part. 2. casu. 21. Sayrus in clavi Regia libro. 7. capit. 10. numer. 10. Petr. Navarra de restitutione libro. 2. cap. 3. numer. 349. Sæs verbo, homicidium. Valent. tom. 3. disputat. 5. questione 8. punto 4. dubio 1.

5 Dicendum insuper posse licite clericos in sacris, interesse bello iusto ex licentia superiori,

ris legitima, & pia causa, ut probat Suar. disp. 47. sect. 6. num. 7. & quotidianus ecclesiæ vius confirmat. Adde posse etiam ibi ex licentia Papæ pugnare, nec tunc si interficiant, aut deforment, fient irregularares, quia tunc censetur Papa dispensare in tali irregularitate, ita Calderinus in c. petitio, de homicidio, quem refert, & sequitur Panormitanus c. 2. num. 5. de vita, & hestate clericorum Tabiena, verbo, irregular. 3. §. 21. conclus. 2. Covarr. Clement. si futiosus, part. 2. §. 3. numer. 2. Baribol. Medina lib. 1. instruct. capit. II. §. 11. Phyliarc. lib. 4. de officio sacerdoti. capit. II. §. 6. Henrig. lib. 14. cap. II. numer. 4. Sayrus ubi supra, num. 14. ubi refert contrarium sentientes. Posse etiam clericos interesse bello iusto, ut dent consilium probat Rebuc. in Authent. habita Col. ne filius pro patre, verbo, Episcoporum, & alij. An clerici possint esse in bello ad pugnandum? Negat Menoch. cons. 54. numer. 19. Jacobus Gresserus de sancta cruce tomo 3. lib. 2. capit. 3. Petz lib. 1. colum. 11. vers. ad unum titul. 1. lib. 4. ord. pag. 766. Nostamen de hac questione aliibi vberius disputamus.

6

Adverte tamen hanc irregularitatem provenientem ex occisione, vel deformatione in bello iusto esse, & appellari ex defectu lenitatis, ita expresse Suar. sectione 5. num. 6. Avila ubi proxime Toletanus in summa lib. 1. capit. 86. numer. 2. editionis Duaciana, anno 1608. & intellige de saecularibus, quibus bellum iustum aggressivum non prohibetur, de ecclesiasticis qui in illo occidunt, vel deformant, puto esse ex delicto, quia dant operam rei illicitæ, ita expresse Toletus ubi proxime Avila citatus, §. Ad primum versic. Sed nou quoad clericos.

7

Vt autem scias quenam faciant bellum aggressivum iustum consules D. Thom. 2. 2. questione 40. articul. 1. ubi tria requisita comperies, ut bellum sit iustum. Primum quidem auctoritas principis, cuius mandato illud gerendum est, non enim pertinet ad privatam personam, quia potest ius suum in iudicio superioris prolequi. Regibus autem, & principibus sicuti cura est gladium adversus malefactores, & seditiones suæ Republicæ stringere ex illo. Apostoli ad Roman. 13. Non sine causa gladium portat, minister enim Dei est, & vindicta in iram, qui male agit; ita etiam ad eos pertinet arripere arma adversus hostes externos in protectionem ac defensionem suorum subditorum eripiendo pauperem à potente, & de manu peccatoris liberando Psalm. 81. Vnde Augustinus tom. 6. lib. 22. cap. 75. in principio contra Faustum ait: Ordo naturalis mortaliū paci accommodatus poscit, ut suscipiendi belli auctoritas penes principes sit: idque non solum in bello defensivo vim vi repellendo quod naturali iure cuique licet, leg. viii vi. §. de iust.

de iustitia, & iure, sed etiam bello offensivo, ut res ablatæ repetantur, damna resarciantur, & iniuriæ subditis illatæ puniantur; alioqui misera foret Respublica, neque integra, neq; sufficiens sibi, ut vult Aristoteles 3. Politic. Si iniuriarum ultores, & salutis publicæ defensores, ac bonorum vendicatores non haberet. Ita docent interpres ad citatum D. Thom. Victor. de iure belli, Sotto de iustitia quest. 3. art. 5. Gabriel in 4. distinct. 15. quest. 4. Molin. tract. 2. de iustitia disp. 100. num. 2. Panormit. cap. sicut 3. de iure iurando. Bart. I. Hostes, ff. de captivis, & post limin. reversi. Suar. tract. 3. de bello disp. 13. sect. 2. Vnde Respublica quæ in temporalibus superiorē nō recognoscit, bellū movere potest, ab ea namque derivatur authoritas in Principem, aut Regem, ac pro inde illam retinet, si alio regiminis genere se ipsam gubernet Molin. citatus disputat. 23. & 26. Alij verò domini temporales qui superiorem recognoscunt, & civitates, quæ sunt partes aliquius integræ Reipub. nequeunt inferre bellū absque suorum principium facultate.

Secundum requisitum est causa iusta ut illi scilicet, qui impugnantur propter aliquā culpam impugnationem mereantur. Quæ verba multorum torquent ingenia, nam fieri potest ut ex ignorantia invincibili detineantur bona, quæ alteri debentur, ibique nulla culpa, sed tamen iusti belli causa sit, cum alia via non possint ea obtineri. Quia propter dicendum est aliam esse culpam formaliter, quæ cum peccato incurritur, aliā verò materialiter, hoc est absq; peccato, & in primo sensu locutos fuisse D. Thom. & scholasticos putat Molin. cōsentaneo ad Augustin. cap. Dominus 23. quest. 2. dum ait iusta belli definiri quæ ulciscantur iniurias, si qua gens, vel civitas, quæ bello petenda est, vel vendicare neglexerit quod à suis improbe factum est, vel reddere quod per iniurias ablatum est. In secundo verò sensu raro eveniet liciti belli causa, quia si ea serventur, quæ debent observari, erit saltē culpa præsumpta, & bellum iustum formaliter, & materialiter, scilicet cum peccato eorum, qui bello impetruntur. Hac colliges ex Molin. citato disputat. 102. quæ sequitur Luisus Turrianus tom. viii. 2. 2. disput. 90. dub. 1. §. Item videre. Vide Suar. citatum sectione 4. per totam. In specie autem assignari solent peculiares causæ iuste inferendi bellum. Prima ad occupandum sed recuperandum ea, quæ principi debentur. Secunda ad reprimendō subditos iniuste bellicos contra dominum suum. Tertia notabili aliqua iniuria illata principi aut suae Respublicæ. Quarta contra eos, qui hosti præstant auxilium ad iniustum bellum. Quinta adversus eos, qui defendunt impios ne iniuste puniantur. Sexta si violetur pactum magni momenti. Septima si negentur ea, quæ iure

gentium omnibus licent. Octavam assignat Victor. 2. parte relectionis de Indis insulanis, si prohibetur scilicet negotiari in qualibet provincia, aut uti fluminibus, aut peregrinari, & degere in alijs provincijs. Quam causam non admittunt proximè citati auctores, quos vide re poteris.

22 Colliges tertidi, nullo modo valere iam renuntiationem novitij, & ordinis post Trident. ad annum novitiatus integrum (ut diximus fieri poste iure communis) ita Navarr. lib. 3. consil. tit. de regular. in prima edit. cons. 33. num. 5. & in secunda edit. cons. 62. nu. 5. ubi ait, hanc opinionem consulendo, & iudicando esse tenendam. Emilian. Roder. tom. 2. summa, cap. 6. nu. 10. & quæst. regular. tom. 3. q. 14. art. 7. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 14. q. 4. Sanch. supra, num. 19. quia cap. Ad Apostolicam, de regular. omnino derogatum est a Trident. Quidquid contradicit Henr. lib. 13. de excōm. cap. 40. nu. 2. Cæterū valide dispensabit Præpositus Generalis Societatis Iesu, post exactum integrum annum novitiatus (non tamen ante illum) cum novitio suo, ut proficeatur, vel incorporetur in eadem Societate ante decursum biennium novitiatus, ut bene probat Sanch. citatus, nu. 20. nihil obstante decreto congregatiōnis id prohibentis Generali quia ea congregatio non auctoritatem generali potest dispensandi in eo casu, in quo specialiter potest dispensare ex constitutionibus Societatis, part. 9. cap. 1. nu. 3. iuncta declaratione eiusdem loci, quæ eandem habet auctoritatem; sed impedienti usum, quod valorem actus non tollens si dispensatio fiat, ut paret. Vide Sanch. citatum, toto num. 20. ni trahit se. curva, Ord. nov. mīda. T

23 **Ibi, Trienniu.** Adhuc poterit novitiatus ad longius tempus extendi, si ita superioribus religiosorum viuum effet, ut pleniorē de novitio sumētēt expēriat, dummodo prolataō non nimis exēciū dcretur, nec post Trid. sess. 25. de regularib. cap. 16. q. ibi. Finito tempore novitiatus, superiores, novitios, quos habiles invenerint, ad professionem naniuntant, aut de-

monasterio eos eijciant. Prohibetur probatio sex
mensium, ex declaracione Cardinalium, si spes
sit novitium eo tempore futurū religioni ido-
neum; tenent Parasellus in privileg. Minorum, in no-
natis circa Trid. sess. 25. Emman. Roder. tom. 3. qua-
stion. regular. q. 17. art. 10. in fin. & tom. 2. summ.
cap. 8. num. 3. Azgr. tom. I. lib. 12. cap. 18. q. 54.
Sanch. supra. nu. 21. Navarr. lib. I. consil. edit. I.
tit. de officio iud. ordin. cons. ult. In monialibus fie-
ri potest quæcumq; temporis prolatio, cum
Trident. solum loquatur de masculis, & usu, ac
praxi sic fieri videamus; nam ob dotem exten-
di solet novitiatus in unum, duos, tres, quatuor.
ye annos, & deinceps, notavit Sanch. ad fin.
nu. 11. cum Emman. Roder. supra citato.

DISTINCTIO. LIV.

CAP. Nullus Episcoporu. I.

S V M M A R I V M.

1. Authores de irregularitate propter ser-
vitutem tractantes.
2. Vilitas conditionis non attenditur in
servo, sed defectus libertatis.
3. Clerici dicuntur milites.
4. Non debent proprijs stipendijs militare,
5. Plena libertas requiritur in servo ad
clericatum.

Dee impedimento, sive irregularitate proveniente ex servitute, disputant S. Thom. in additionib. ad 3. p. q. 39. art. 3. Richard. in 4. dist. 25. art. 5. q. 1. Bonavent. eadem dist. 25. art. 2. q. 4. Sot. in 4. dist. 25. q. 1. art. 3. conclus. 3. Gabr. in 4. dist. 25. q. 1. art. 2. conclus. 10. Martin. de Ledesm. 2. 4. q. 26. art. 2. in tract. de irregularitate, posse principium, Host. in summ. lib. I. tit. de servis non ordinand. Summa Con-
fess. lib. 3. tit. 16. & 17. Summa Astens. 2. p. lib. 6. tit. 20. Summa Pisanel. verbo servus, 2. Summa An-
gelica, verbo, ordo, 3. nu. 10. & verbo, servitus, p.
nu. 4. S. Antonin. 2. p. tit. 29. cap. 6. Sylv. verbo,
ordo, 4. q. 2. vers. Nec noyo, & verbo, servitus, q. 6.
Tabien. verbo, servus, h. 2. Navarr. in Man. cap. 27.
nu. 203. Mayol. lib. I. cap. 35. Angles in floribus, 4. p. I.
in quast. de Sacram. ordinis, art. 4. Sayr. in Thesaur.
lib. 6. cap. 14. nu. 1. 2. 3. 4. & 5. Bernard. Dias in tract.
crimin. cap. 17. Ex Patribus Societatis Iesu. To-
let. lib. I. summ. cap. 25. Valent. tom. 4. disp. 7. q. 19.
punct. 3. Henr. lib. 14. cap. 8. nu. 7. Avil. de censur.
p. 7. disp. 3. dub. ult. Reginald. in praxi. lib. 30. tract. 2.
cap. 6. nu. 63. Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. statum

à princip. P. Egyd. tom. 2. Canonistæ scribentes
ad hanc distinctionem 54. & 12. q. 2. à cap. Li-
beriu, usq; ad cap. servum, & toto tit. de servis non
ordinand. & vide latè Cened. ad Decret. collect. 61.

Notat bene Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 12. Ecclesiam non attendille in imponenda hac
irregularitate servis, ad vilem illorum condi-
tionem, licet possit, cum ex D. Basilio epist. ad Ex-
sebium Episcopum Samosatenum, ut tangitur in cap.
Admittantur, 21. bac dist. Clericalis dignitas servi
conditione non leviter deturpetur. & ex S. Thom. in 4.
dist. 25. q. 2. art. 2. q. 3. & 4. requiratur ex qua-
dam decentia in homine ordinando claritas
generis, propter eminentiam status ecclesiasti-
ci, unde ob hanc abiectissimam conditionis vi-
litatem, non posse servum ad sanctos ordines
evehi, defendit Gam. in tract. de Sacram. praefab.
ultimo supplio d'annatis, q. 5. n. 9. Campanil. in divers.
juris Can. rubr. II. cap. 8. nu. 1. Bernard. & Saizet.
in pract. cap. 19. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. iii. de
disciplin. clerical. §. 14. n. 1. Bonac. de censur. disp. 7.
q. 2. punct. 4. nu. 2. Addunt hi auctores, non posse
etiam ad illum statu promoveri servum, quia
cum sit domini sui adscriptus servitio, non pla-
ne potest rebus divinis operam navare. Hoc
loco obiter adverte, illum hominem. Qui na-
scitur ex matre libera, etiam si pater sit servus,
non esse irregularē, cap. Dilectus, de servis non
ordinand. Tolet. in summ. lib. I. cap. 59. §. 1. Palau.
de notis, & spurijs, cap. 15. nu. 4. Leli. de Zanchis in
tract. de privil. eccles. privil. 34. nu. 24.

In textu, ibi, Divinæ militiæ.
Clericum cælestis militiæ militem appellari le-
ges, in cap. Degradatio, verbo, actualis. de pœnis, in 6.
& Glossa, verbo, facere potest, l. Miles, 6. ff. de rend.
& ibi Bart. nu. 3. Iason. nu. 11. Alex. nu. 5. Rip. nu. 5.
Gonçal. ad regul. 8 cancel. Glossa 2. nu. 3.

In textu, ibi, Militiæ. Ergo ut mi-
litiam non debet proprijs stipendijs militare, sed Ecclesiæ cui
adscribitur, cap. Ecclesiastici. 12. q. 2. cap. Cum st-
cundum Apostolum, de præbend. Gonçal. supra, nu. 5.

In textu, ibi, Nisi forte eorum.
Collige non sufficere unius volūtati, si servus
plures dominos habeat, cum plenam, & om-
nimodam libertatem divina obsequia requi-
rant, vide cap. Admittantur, infra, nu. 1.

CAP. Nulli de servili. II.

S V M M A R I V M.

1. Quibus modis homo fiat servus.
2. Libertas concessa servo ad ordinacionē
debet ipsam antecedere.

- 5** Servi ordinati in minoribus, redeunt ad servitutem.
- 4** Servi ordinati sine dominorum facultate, gaudent privilegio, cap. Si quis suadente, peccant mortaliter, valeat sacramentum.

IN textu, ibi, Nullus. Ut omnes omnino servos comprehendat, sive hi servi sint, iure belli, de qua servitute l. Hostes, ff. de captiis, & Institut. de iure personarum, & Institut. de rerum divisione, §. Item ea, l. Libertas, ff. de statu hominum, de qua Lessius lib. 2. de iust. cap. 5. dub. 4. nu. 12. Sayr. in clavi, lib. 9. cap. 6. n. 8. Sive nativitate propter matrem servam, l. q. C. de rei vendicatione, §. penult. Institut. de iure personarum. §. Sed & si quis, Institut. de ingenuis, cap. Unico, de natis ex libero ventre, S. Antonin. 3. part. tit. 3. cap. 6. §. 6. Angel. verbo, filius. §. 13. & verbo, servitus, Sylvest. verbo, servitus, q. 3. & alij multi, quos refert Sayr. citatus, nu. 26. Lessius, supra, nu. 12. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 24. nu. 5. ubi plures. Sive iusta condonatione, l. Manumisq. C. de liber. & eorum filijs, §. Maxima, Institut. de capitulis dinnit. S. Antonin. citatus, §. 3. Sylvest. verbo, servitus, q. 3. Molin. de iust. tom. I. tract. 2. disp. 33. Sayr. supradicata, num. 13. Lessius nu. 14. Sive emptione, & venditione, Exod. 21. Deuteron. 15. l. 1. & 4. ff. quibus ad libertatem proclamare, l. Libertis, ff. de liberali causa, l. Non ideo, l. Si ministerium, C. eodem tit. l. Et servorum, l. Homo liber, ff. de statu hominum. §. ult. Institut. de iure personarum. S. Antonin. citatus. §. 3. Angel. verbo, servitus, nu. 1. Sylvest. verbo, servitus, q. 3. Sot. de iust. q. 2. art. 2. Martin de Ledesm. 2. 4. q. 18. art. 1. dub. 1 t. conclus. 5. Salomon tract. de dominio, q. 3. art. 1. post. 4. conclusion. Aragon. ibi, Angles in floribus, 4. quest. de dominio, art. 2. conclus. 3. Molin de iust. tom. I. tract. 2. disp. 33. Sayr. supradicata, nu. 13. Lessius nu. 15. Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 12. nu. 21. cū multis, qui aiunt etiam viro coniugato licere se vendere in servū.

2 In textu, ibi, Nisi prius à proprijs dominis. Notat Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 4. libertatem donatam servo à dominis, debere ipsum præsentationem, & ordinationem antecedere, quod etiam postulant Canones Apostolorū cap. 81. ibi. Et domini concesserint, ac liberaverint, & dominibus emiserint; ubi vides antecedentia esse, concesserunt, liberaverunt, dominibus emiserunt; meminit Suar. citatus nostri sexius, & cap. Quicunq., infra, quod hanc eius doctrinam satis concludunt.

3 In textu, ibi, Eius cōditionis sit. Idest, redat ad servitutem, quod intellige cum Glossa, hic, verbo, acciderit, si ordines sint minores; quia tunc cogentur iij dominis servire, etiā

in actibus temporalibus, ac si nunquam ordines suscepissent. Sylvest. verbo, servitus, q. 6. Richard. in 4. dist. 26. art. 5. q. 2. Henric. lib. 14. cap. 8. nu. 7. Navarr. in summ. cap. 27. nu. 203. §. 16. Sayr. in Thesaur. lib. 6. cap. 14. nu. 2. & alij. Similiter quando servus per dolum, & calliditatem, suo domino ignorantie ad sacerdotiū promovetur, ab ipso sacerdotio deponitur, & domino redditur. Ita Trot. de vero, & perfecto clero, lib. 2. cap. 4. nu. 3. Gavio in tract. de Sacram. præstand. ultimo supplicio dñatis, q. 5. nu. 9. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 14.

In Glossa, verbo, Ceciderit, ibi, 4 Privilegio clericali. Circa privilegium clericale distingue-re oportet inter servum promotū ad minores ordines, vel ad sacros, vel etiam ad presbyteratum; sine domini facultate. De promotis ad sacros, infra, ad cap. de servorum, hac eadem dist. ubi plausibilior Glossæ sententia erit circa presbyterum, cum DD. ibi, & Campanile in divers. intis, rubr. 11. cap. 8. n. 6. & Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 13. ante fin. et si aliter sentiat de inferioribus etiam sacris ordinibus. De promotis autē ad minores, negat Mayol. de irregul. lib. 1. cap. 35. & citatus Suar. & Turrecrem. hic, respectu eorū, qui sunt domini, & Tolet. lib. 1. summa, cap. 59 n. 6. & Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 2. n. 63. §. Ceterū. Nota Glossam hic non recte affirmare privilegium canonis, & fori esse in favorem ordinis clericalis, & in odium laicorū: quia repugnat textui in cap. Contingit, 36. de sententia excommunicat. ubi solus favor, & non odium consideratur. Igitur servus sic ordinatus, & revocatus perdet privilegiū canonis, & fori, iuxta traditam distinctionē. Tandem non admitto Glossam marginalem hic affirmantem, quod quilibet potest renuntiare privilegio, obstat enim textus in cap. si diligenti. de foro compet. Vtū autem, iste servus sic ordinatus recipiat characterem? Affirmative traditur ex Tolet. Mayol. Valent. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 14. n. 2. Bernard. in pract. cap. 19. n. 2.

CAP. Magnus. III.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores qui textus meminere.
- 2 Quinam intelligantur nomine, Procuratorum, Actorum, &c? & nu. 4.
- 3 An cōsiliarij Principū sint irregulares?

IN textu. Cuius meminit Gregor. Lopez p. 1. tit. 6. l. 18. Glossa 1. & vide Tolet. in summ. lib. 1. cap. 54. §. sent. alij. Reginald. in praxi, lib. 30. tract. 2. nu. 65. Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 14. Salzed. in praxi, cap. 20. per totū.

2 In textu, ibi, Procuratores.

Obligationem circa personas ad ratiocinia declarat textus, per exempla. Scil. *Procuratores, Actores, Executores, seu Curatores pupillorum, seu Tutores,* ex Concil. Carthaginensi, 1. cap. 8. Utrum autem irregularitas inde proveniens sit limitanda ad hæc materialia exempla, vel sub illis comprehendantur omnes publicæ administrationes forenses temporalium rerum, ac secularium? Dicitur *Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 15.* & nos aliquid supra de hac materia prælibavimus ad cap. 1. dist. 53. Pro parte autem affirmativa illud esse videtur; quia fundamentum huius irregularitatis oritur ex obligatione ad secularia ministeria, quæ eodem modo impli- cant hominem, atque ea, quæ in exemplis continentur. Et confirmatur, quia idcirco in cap. 2. nu. 3. citata dist. 53. sub generali nomine, *Curiariū, Qui causas agunt, vel quibuslibet publicis functionibus occupantur, comprehenduntur, ut ibidem dictum fuit.* Ergo similis appareat decisio tradenda in præsenti.

3 Vt hæc quæstio breviter expediatur, distinguere oportet duas obligationes: alteram, quæ durat durante munere; aliam, quæ perfecti munieris ad reddendam rationem lege perseverat, tam circa actiones iustitiae; quam circa pecunias solvētias relicto munere. Quoad priorem obligationem certū est, illa durante, esse hominem irregularē ad suscipiendos ordines, & hoc satis luperq; dictū fuit ex *Suar. citato, nu. 16.* & *Sylvest. verbo, Curiates, & alijs.*

Sed oppones, quia in curijs Principum, & Regum, clericos esse ordinarios iudices causarum civilium, nec tamen censeri irregulares, ad susceptionem ordinum, vel ad usum susceptorum comprobat experimentum; cum tamen illud ministerium non minus impliceat negotiis secularibus, quam officium reliquorum curialium. Respondent communiter doctores excipi ab hac regula consiliarios Principum. Panormit. in cap. Sed nec, *Ne clericī, vel monachi, & in cap. Clericis, eodem titulo, ubi Ioannes Andr. Idem Panormitan in cap. Non est; de voto. Decius, Baldus, quos referunt, & sequuntur, Bernard. & Salzed.* in pract. cap. 61. cui favet lex Hispaniae, partit. 1. tit. 6. l. 48. & ibi *Gregor. Lopez, citans cap. In Archiepiscopatu, de raptoribus.*

4 Ceterū textus non convincunt, aliud quippe est in publico regni tribunali iudicis ordinarij munus exercere; aliud vero regi adesse ad ferendum consilium, vel excōmissione eius v indicare pauperum iniurias citra sanguinis iudicium. Secundum permittitur in d. cap. *Sed nec, & in cap. Clericis, & alijs:* & usu receptum est sive ex concessione Pontificum, sive ex consuetudine iurium interprete, ut clericī absq; irregularitatis, alterius v impedimenti can-

nici nota, possint esse regum consiliarij; atq; de providentia, regniq; administratione agere. Tum quia hoc ministerium non iudicatur repugnans officio clericali, maximè ab alia obligatione soluto. Tum quia propter bonum cōmune in hac parte aliquid de figore iuris remissum est; ideoq; limitandū quoad fieri pos- sit, ut tradit *Suar. citatus, nu. 16.*

Quoad posteriorem obligationem si perso- næ officium démittant, & liberi sint ab obliga- tione, vel quia lapsu temporis finita est, vel ex conventione partium, vel ex facultate su- prioris; tolletur irregularitas, ut iam supra dixi- mus. Si vero relicta fuerit obligatio ad ratio- cinia ex priori ministerio, adhuc perseverat ir- regularitas, ut patet ex d. cap. *Vnico, de obligatis ad ratiocinia.* Quæ omnia inculcat *Suar. citatus, nu. 18.* ex sententia omnium doctorum. Et ex ea ratione, quia hi ratiocino obligati, sunt im- plicati negotiis secularibus, & expositi, ut à iudicibus secularibus cogi possint, & infama- ri, si fortasse dolus, vel fraus in ratiociniis in- veniatur. Quæ decisio locum habet in ratioci- nijs, sive pecuniarum, sive de iustitia servata in actionibus ad id munus spectanubus.

CAP. Qui ex familijs ecclesiæ. IV.

S V M M A R I V M.

- 1 *Libertas servis dari potest sub conditi- ne, ut ordinetur.*
- 2 *Possunt deduci in pactum servitia non repugnantia statui clericali.*
- 3 *Servi Ecclesiæ ob solam ingratitudinem deponi possunt.*
- 4 *An servi ordinati possint contrahere matrimonium?*

In textu, ibi, *Vt in nullo corū.* Libertatem omnimodam à patronis, & dominis ante servorum ordinationē sacri Canones exigūt, non tamen propterea impro- babile iudicandum est, imò valde probable manumissionem hanc servis faciendam, præ- tari posse sub conditione, ut ordinentur, cum hæc conditio nihil, aut ordinationi, aut sacris Canonibus contradicat; sed tantum fiat, ne ipsi servi acquisita libertate absoluta, ecclesiastici ordinem detrectent. *Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. nu. 4. in fine.*

In textu, ibi, *Penitus alieni.* Non repugnabit tamē aliquod, vel positivum, vel negativum obsequium in ipsa libertate conce-

Concedenda servis, à domino deduci in pactū, quod statum clericalem non dedebeat, sed in eo decenter exequi possit; putā, ut servus fatus presbyter, pro domino aliqua sacra conficiat, subdiaconus, vel diaconus preces fundat, & similia, deinde ipsi actionem in iudicio non intentet, &c. Videtur supponere cap. Nullus, de servis non ordinandis, ut bene expedit suar. citatus, nam cū ibi degradetur presbyter, quod pro domino celebrare reeuset, non videtur tam pœnam imponere posse, ob solam ingratitudinem, nisi ibi esset aliquod etiam peccatum contra iustitiam. Adi. Suar. d. nū. 4.

3 In Gloss. verbo, Ceciderit, ibi, Propter ingratitudinem. Notat *Gloss.* servos ob solam ingratitudinem non deponi tantū posse, sed etiam in servitatem redigi, & est textus expressus, 12. q. 2. cap. Diaconi, ibi. Quod si facere contempserit, placuit eos ad proprium reverit servitium, ubi *Glossa*, hanc servorum Ecclesiae conditio nem duram appellat, si cum reliquis servis cōparetur. De rationis disparitate lege Mayol. lib. I. cap. 35. & 36. Suar. citatum, nū. 7.

4 In eadem Glossa, ad finem. Docet *Glossa*, quod servus promotus sacris ordi bus, in casibus quibus domino restituitur, non potest contrahere matrimonium, sed manet obligatus voto, quod potuit etiam domino invito facere. D. Antonin. 3. part. tit. 28. cap. 6. §. 6. Tolet. in summ. lib. I. cap. 59. nū. 5. vers. Nono.

CAP. Quicūq; libertatem. V.

S V M M A R I V M .

- 1 *Libertas præstata servo ad ordines, intelligitur absoluta.*
- 2 *Patroni possunt retinere obsequium cō patibile cum officio clericali.*
- 3 *Indirecta libertas sufficit ad ordines.*

I N textu, ibi, Nullū obsequiu.

Diximus supra hac ipsa dist. cap. Nullus episcoporum, nū. 5, plenam libertatem requiri in servo ordinando, item hanc debere esse absolute, cap. *Qui ex familijs, hic nū. 1.* Nunc addo manumissionem semper intelligi absolutam, cum nulla conditio expressè apponi ur, cū nullam includat, saltem ex iustitia; quod verum etiam puto in servis Ecclesiæ, cap. *Eò libertias, de servis non ordinand. ibi. Vel manumissio exiterit absolu ta; sicq; libertatem habeant ad alia transiundi; no*ta. Suar. supra, d. disp. 51. sect. 3. nn. 8.

In textu, ibi, Directa manu missione. Non propterea colligas non sufficere indirectam, id est, cum dominus videt, & scit servum ordinari, & tacet, nec contradicit, de quo vide posita ad cap. si servus sciente, infra, hac dist.

In textu, ibi, Qui verò retento. Intellige de obsequio, quod statui clericali cō tradicat, ut dixi supra cap. *Qui ex familijs, nū. 2. Suar. d. sect. 3. nū. 6. Henrīq. in summa, part. 2. lib. 14. cap. 8. §. 7. in principio:*

C A P. De servorum. VI.

S V M M A R I V M .

- 1 *Doctores qui textus meminere.*
- 2 *An clericus ad servitutem revocatus debeat habitū clericalem deponere?*
- 3 *An clericus redditus servituti perdat privilegiū, Canonis, Siquis suadēt?*
- 4 *An presbyter possit se se servituti trādere?*

I N textu. Cuius meminere Gam. de Sa- cram. præfand. q. 5. nū. 9. Bernard. in præl. cap. 19. ubi Salzed. Suar. de censur. disp. 51. sect. 3. n. 13. Tolet. in summ. lib. I. cap. 56. §. Septimo.

In textu, ibi, Decretum est, ut deponatur. Quæstio agitari potest, an servus, qui per calliditatem, & fraudem ordines sacros suscepit, ad servitutem revocatus debeat, clericali habitu incedere? Turrecrem. in cap. Nulli, huius distinet. tenet quod arbitrio domini, portabit habitū, & tonsuram; dummodū id fiat sine scandalo domini, qui si bi tale ministerium, & servitutem præstari in beat, aut permittat. Attamen Tolet. lib. I. summ. cap. 59. nū. 6. credit nec tonsuram, nec habitū clericalem servum portare debere, etiam volente domino, nisi cum liberum faciat: ex eo fundamento, quia is conditionis abiectissimæ catena constringitur, & ecclesiastice dignitatē minime convenit, insignia decoris cū dedecore gestare. Ego verò distinguendum puto, aut enim vilia ministeria ex rigore juris exercer, & tunc Toleti sententiam sector: aut ab eis liber est iuxta aliorū opinionē, & illam respuo quāquā mihi longe ab hac mente ipse nō videatur.

Quæres inde, an in eo casu, quo is iterum efficiatur servus, perdat clericale privilegium, Canonis, Siquis suadēte, 17. q. 4? Citatus Turrecremat. in d. cap. Nulli, distinguit: & respectu domini ait carere privilegio illo, non enim

Q o 3 factum

factum esse putat ollum præiudicium eius domino, cui licebit percutere servum sicut ante: at vero respectu aliorum gaudere privilegio? Quod affirmat Hostiens. in cap. 2. de servis non ordinand. & Toletus, ubi supra, & alij, apud Molinam de iustitia tract. 3. disput. 56. à num. 2. & deinceps, & Suar. de censuris, disput. 22. sect. 1. n. 48. nullum agnoscentes discrimen inter ordinatos in sacris, & minoribus, ut possint à prelato, magistro, hero, & à patre puniri, & percuti, ut habetur in cap. 1. de sententia excommunicat. & in cap. Cum voluntate, & in cap. Veniens, eodem tit. Sed Glossa, in citato cap. Nulli, & D. Antonin. 3. p. tit. 28. cap. 6. §. 6. absq; ulla distinctione affirmat privilegium non desperdi, quos sequitur Sayr. de censur. lib. 6. cap. 14. nu. 5. & citat Hostiens. Astens. Pisanellam, & Innocent. in cap. De servorum, de servis non ordinand. & fortassis non erit alienus, citatus Molin. num. 5. affirmans ex Panormitan. sanctos ordines eximere resilios à patria potestate, ut non possint à patre puniri contra citatum Suar. & Navar. in Manual cap. 27. num. 81.

4 E' regione vero investigari poterat, an viro libero sacris insignito liceat se se in servitatem tradere? Negativè responderet Salzed. ad Bernard. Dias cap. 19. littera A. nisi insignis aliqua pietas intercesserit, ut de Paulino Nolano episcopo refert D. Gregor. lib. 3. dialog. cap. 11, qui se ipsum tyrānis vendidit, ut subditos redimeret. Fundamentū autem capitale est, quia qui per susceptionem ordinū divinis officijs mancipatus, debet esse sui iuris, ut libere ministerio Ecclesiae vacare possit. Deinde, quia ex misericordi servitutis forma obscuratur maxima sacerdotij dignitas, & auctoritas minuitur, ut deplorat Basilus in epist. ad Eusebium Episcopum Samosatens.

CAP. Si quis obligatus. VII.

S V M M A R I V M.

- 1 Servi adscriptity qui, & utrū liberi sint?
- 2 Servi originarij qui, & utrū sint liberi?
- 3 Liberti qui? & utrum sint liberi?
- 4 Feudatarij non possunt ordinari.
- 5 Emphyteuta non est irregularis.
- 6 Qui se perpetuis servitijs personalibus obligarunt, sunt irregulares.

N textu, ibi, Tributo servili.

I Intelligit servos adscriptitos, & originarios; sunt adscriptitijs, qui glebae, vel prædio colendo perpetuo addicuntur, ita ut inde avelli non possint, dominisque prædiorū annuos

redditus omnes, præter sumptus, & victu redant, ut egregie docet Abb. cap. 2. de Iudeis. n. 2abili. 1. Verum hæc servitus libertatem non tollit, immo hi vere sunt liberi, ut expressè tenet Glossa, eadem cap. 2. de Iudeis, verbo, sint liberi, & ibi Abb. verl. Item nota, & patet, quia cum idem cap. 2. de Iudeis, interdicat habere servos christianos, non interdictum tamen habere adscriptitos, quod signum est libertatis.

Originarij, ex eodem Abbatore citato, sunt nativi ex adscriptitijs, liberi pariter, ac ipsi adscriptitijs sunt, sed computantur simul cum adscriptitijs inter bona immobilia, & sunt partes fundi, ut habetur l. Iubemus nulli, 14. in principio, C. de sacrosanct. Ecclesijs, usinata Glossa, verbo, Mancipia, latissimè Conan, lib. 2. iuris civilis, cap. 10. nn. 3. Tiraquel. Glossa 7. nu. 119. de retract. Lign. Menoch. remed. 3. retin. à nu. 116.

Liberti, sive libertini, sunt qui ex servitu libertatem nanciscuntur, ut liberi, de quibus vide l. 4. in fine, ff. de iustitia, & iure, l. 6. ff. de statu homin. iustit. de libertin. in principio, l. 5. §. de ff. de rerum divisione. Adde posita ad cap. ult. nn. infra, hac dist.

Hos qmnes à clericali munere arceri certum est, cum alienis obsequijs, & servitio sint addicti; ut addicitur feudatarius, idest ille, qui alterius rem immobilem instrumento - conferto; & iuramento præstito de servitio personali domino reddendo, accipit; ac propterea fieri clericus prohibetur, nisi feudum relinquit, cum ipsis liberū fuerit; quod tamen aliquando prohibetur, ut notat Mol. cum multis, in cap. 1. de feudis, ac proinde impossibilitas ad ordines suscipiendos in tali enascitur: cum ex Christi servitoris sententia, non possint dominis duabus servire, Luca 16. vide Sayr. lib. 6. Thesauri, cap. 14. nn. 12. Henrig. in summa, lib. 14. cap. 7. §. 7. in comment. littera K.

Crediderim tamen emphyteutam nullo modo esse irregularem, licet enim is, ut feudatarius, domino directo sit obligatus; at obligatio fœudatarij est personalis, quæ impedit statum clericalem; obligatio vero emphyteutæ est tantu ad pensionem solvendam, non vero ad servitium personale, ita notat Majol. lib. 2. cap. 5. nn. 5. & 6. Sayr. citatus, & alij.

Quid de ijs, qui se perpetuo obligant ad servitia personalia, sunt ne irregulares? Respondeo esse, non ex eo, quod servi adscriptitijs appellandi sint, cù re vera tales appellari nō possint, nam adscriptitijs, ut dixi nu. 2. sunt, & cōpueantur inter partes fundi, & bona immobilia, non vero qui perpetuis servitijs personalibus obligantur, ut bene expendit Vallasc. de emphyt. q. 37. nu. 9. & probat Sanch. lib. 7. de matrim. disp. 19 n. 1. in fin. Sed quia ipsa obligatio personalis, ut de fœudatarijs dixi,flare non potest cum perfecta libertate clericali.

CAP.

C A P. De rebus. VIII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Doctores qui materiam textus prosequuntur.*
 - 2 *Dictio, quidquid, quid significes?*

In textu. De cuius materia vide *Suar.*
de censuris disputat. 51. sect. 3. nu.
10. & 12. *Bernard.* in *practica cap. 19.* numer. 2.
& 3. *Tolet.* in *summa lib. I. cap. 53.*

Ibi. Quidquid. Quæ dictio omnia
comprehendit, etiā
minutissima, Tiraquel. in l. Si unquam, verbo,
Quidquam C. de revocandis donat. Gosadin. cons. 9. n.
2. Cephal. cons. 14. num. 6. vol. I. Gratius cons. 9. num.
82. vol. I.

C A P. Ex antiquis. IX.

S V M M A R I V M

1. *Servus habet peculium.*
 2. *Dominus seruo naturaliter potest obligari.*
 3. *Dominus non potest civiliter obligari seruo.*
 4. *Rebus. nostri textus meminit.*
 5. *Presbyter, & Diaconus quando exeant à servitute?*
 6. *subdiaconus, contradicente domino, ordinatus, quando exeat à servitute?*
 7. *Lex extendi potest ad præterita? & n.*
 8. *& sequentibus.*

In textu ad fin. ibi, Peculij sui.
Supponit textus servum habere peculiū,
quod tamen negant multi ex Inst. per quas
personas nobis acquir. §. Item vobis, & l. id vestimentū,
ff. de peculio, & cap. cum olim, 2. de privilegijs, &
quamvis Sottus lib. 4. de iust. questione 2. art. 2. post
conclusionem, dicat iura non loqui de eo servo,
qui captus in bello libertatem amisit; sed de
ijs, qui se vendiderunt, tamen non probatur
Michaelis salon. 22. art. 1. de dominio, questione 3. art. 1.

lib.2. NAVARR.lib.3.de restitutione cap.3.dub.5.n.316.
Ludovic.Lopez part.2.instruct. cap.2. Ludovic. Molin.
tom.1.de iust.tractat.2. disput. 38. Saa in Aphorismis,
verbo servitus, ubi omnes aiunt, iura in diuin-
itate de omnibus servis loqui. Sed dicendū ser-
vos habere peculiū, & illius dominiū aliquoud
ut supponunt ipsa iura, & patet ex l. vix. 53. ff.
de iudicijs, ubi servis datur actio contra domi-
nos, si dicant se suis numis redemptos, &
non manumissos, contra placiti fidem. Adi-
Lessium lib.2.de iust.cap. 4.dub. 4. num. 13. Sayr. in
clavi.lib.9. cap.6. a num. 37. Molinam citatum, Na-
varr.supra, apud quos invenies casus, in quibus
servi sibi, non vero dominis acquirant.

Quæres utrum dominus servo possit obligari? Respondeo posse, sed naturaliter, & nō civiliter, obligationem naturalem probat *l. id.*, quod dominus, *ff. de conditione indebiti*, ibi, *si id quod dominus servo debuit manumisso solverit*, quamvis existimans ei aliqua obligatione teneri, repetere non poteris quia male debitum agnovit. Nota verbum illud, *Male debitum*; Adde Bart, qui sic legem eam in compendium reddit; *dominus obligatur servo naturaliter*. Constat etiam ex *l. non solum*, 50. §. *Si ignorante*, *ff. de peculio*, sequuntur Bald. in cap. *cum contingat. num. 30. conclusione 2. de iure iurand.* ubi *l. interpositas C. de transactionibus*, quæ negat obligationem acquiri servo, intelligit de civili, non vero de naturali; sentit expresse *Innocent. cap. quia plerique de immunitate ecclesiast. v.* *I. Anton. ibi, num. 5. Abb. num. I. ubi eodem modo explicat l. interpositas citata m. Molin. tom. I. de iust. tract. 2. disp. 38. §. primus est. Lessius lib. 2. cap. 4. n. 17.* ubi aiunt in aliquibus casibus dominos teneri ex iustitia servis ad restitut onem, & servos posse vti cōpensatione occulta. Vide *Sanib. lib. 7. de matrimonio disp. 24. num. 22.*

Altera pars de obligatione civili, probatur
ex l. interpositas. 13. **C. de transact.** ibi. Neque enim
dubij iuris est dominos cum servis suis pasciſcentes, ex
placitis teneri, atque obligari non posse, regulæ in per-
sonam, ff. de regulis iuris, ibi, In personam servilem
nulla cadit obligatio. Padilha cum multis in l. inter-
positas citata, numer. 38. **Cod de transact.** Quod in-
tellige etiam obligatione præstādæ libertatis,
Glossa, in l. cum testamentum, 8. verbo, non potuerūt.
C. de iuris, & facti ignorantia; quod Bart. ibi, num. 5.
Alex. d. l. interpositas, explicant, nisi aliunde li-
bertas esset naturaliter servo debita.

Ibi, Custodito legum tramite. 4

Igitur quando leges essent à Canonibus approbatæ, tunc adstringuntur clerici non imperio legum, sed quia Canones volunt leges tanquam iustas ab omnibus servari, & quando leges non sunt contra naturalem rationem, nec contra ecclesiæ constitutiones, tunc solent ab ecclesia approbari, & approbationem clerici

dam servare tenentur, cap. ut inquisitionis, de bæteticis lib. 6. ut ex nostro textu colligit. Rebus ad leges Gallia in proœmio Glossa i. n. 62. ea enim nostra facimus, quibus autoritatem impartimur i. t. §. omnia C. de veteri iure enucleando cap. si apostolica sedis, de probandis in 6.

5 In tex. ibi Eodē gradu manet.

Quid si non habeat peculium, & ex sua tantū culpa, non verò ex Episcopi, aut præsentantis ad ordines domino nesciente fuit ordinatus presbyter, manebit ne adhuc in suo gradu, an reddetur domino? Vide in cap. sequenti num. 2. Diaconi verò non reddēdo vicarium, aut premium suæ libertatis iubentur reddi domino, nec sunt liberi. Servus revocatus inservitū an debeat habitum, vel tonsuram portare, etiam volente domino, quasi non conveniat ecclesiasticæ dignitati, nisi libertatem prius obtineat? Vide supra ad cap. 6. n. 2. hac eadē dist.

6 In textu, ibi, Reliqua verò officia. Ergo etiam subdiaconus ad servicia restituuntur, & fiet iterum servus, cum subdiaconatus inter officia ecclesiastica hīc non excepta, ut excipitur presbyteratus, & diaconatus, intelligatur inclusus? Cavè sentias, nam cum subdiaconatus hodie sit ordo sacerdotis, de eodem, atq; de diaconatu pariter iudicandum est, ut te net Suar. de censur. disput. 5. 1. sect. 3. num. 12. ad medium, Sayrus in Thesaur. lib. 6. cap. 14. num 4. & deciditur expressè ab Innocēt. 3. in cap. miramur, deseruis non ordinandis, ibi, De subdiaconali ordine, &c. Expressè videtur nobis, quod is cū diaconali gradu, privilegio gaudet eodem, &c. Quod intellige, si subdiaconus vicarium substituat, alioquin erit servus vide posita ad cap. Quis autem leges num. 2. infra eodem.

7 In Glossa verbo. Ante fuerit.

Dubitat Glossa, an lex nunc facta comprehendere possit præterita? Tu distingue primo, cū Suar. lib. 3. de legibus cap. 14. legem in declarativā simpliciter, & constitutivam etiam simpliciter; deinde in declarativam, & constitutivam simul, ita ut utrumque habeat eadem lex, vide posita ad cap. 2. num. 1. dist. 47. & quæ diximus in tractatu de solicitantibus questione 3. Distinque secundo cum eodem tres effectus legis, obligatōnem conscientia, cui respondet culpa in trāgressione, pœnam, & irritationem actus prohibiti. Deinde statue sequentes conclusiones.

8 Prima conclusio. Lex declarativa simpliciter comprehendit nō solum futura, sed etiam præterita: Ad probationem suppone legē declarativam esse eam, quæ aliquam legem antiquam, vel aliquod ius vetus declarat, seu quia talis lex omnino ignorabatur; seu quia eius vis non plenē, & planè percipi poterat. Nunc

probatur conclusio. Quia cum lex, quæ declaratur, iam condita sit, & à principio creationis suæ obligaret, & adhuc in posterū obliget, id bene per unam legem declarativam explicari subditis poterit, & tunc lex nova declarans, eis solas vires habebit obligandi, quas habebat antiqua, quæ declaratur, argumento, Iheredes, 1. ff. de testamento, ibi, Nihil enim nunc dat sed datum significat. Conclusionem sequuntur Alb. Decius, Felin. & alij in cap. ult. de constitut. Bart. & Legistæ in l. omnes populi, ff. de iustitia, & iure, & Aubent. de filiis ante dotal. in stir. natis, collat. 3. lex declarativa fuit extendens se ad præterita, illa Innocent. 3. cap. ut lex 27. quæst. 1, ubi iubet separati clericos in sacris, & religiosos professos qui uxores duxerant, contra Canones ecclesiæ id vetantes, atque ex vi illorum Canonum, ea fit separatio, ut bene notat Suar. d. cap. 4. num. 2.

Secunda conclusio. Lex purè constitutiva novi iuris, licet ex natura sua feratur in futurum, bene tamen potest constituere aliqua pro præteritis ex voluntate expressa, & declarata legislatoris. Probatur quoad primam partem, quia lex est regula humanarum actionū, deinde essentialiter est præceptum, ut suppono; ergo tantum ex natura sua erit ad futurū, cum solum futuræ actiones regulari possint, & cadant sub præcepto. Secunda pars probatur, quia poterit actione præterita violari aliquod ius divinum, aut humanū, ergo per novā legem constituentem pœnam illi delicto, puniri potest, cum non magis implicit antiquū crimen puniri per sequentem sententiā, quam per subsequentem legem. Idem dicendum est de tertio effectu legis, nempe irritatione alia, nam poterit legislator ex urgenti aliqua causa, & magno Reipublicæ bono actus præteritos irritare, si illi semel validi tales sint, ut irritari possint, vel in pœnam alicuius delicti postea commissi, vel alicuius omissæ solemnitatis, quæ tamen non illos invalidat. Vide Suar. d. cap. 4. num. 11. Notant tamen Panormii, in cap. cognoscentes, de constitution Angel. verbo, lex num. 23. talem irritationem actus præteriti semel validi, debere expressè apponi à legislatore, propter rationes, quæ apud eosdem DD. videri possunt. De culpa tamen, quæ est primus legis effectus, fieri non potest, ut lex subsequens illam constituat pro actu præterito, cum enim ille iam elapsus sit, habuit suā honestatem, aut illius caretiam, nec in hoc p̄dere poterit à lege subsequēre, ut per se patet. Nostram conclusionem sequuntur Canonista ad cap. 2. & ult. de constitut. & scribentes ad l. leges, & Consil. C. de legibus, Navarr. in comment. de dat. & promiss. num. 6. Glossa in cap. 1. de cleric. non resident. in 6. verbo, receperint, & in Clement. 1. de testament. verbo, in posterum, & in Clement. 1. de con-

de concess. probend. verbo, Concesso Suares citatus, num. 8.

Tertia cōclusio. Lex mixta ex declarativa, & constitutiva, & fertur in futurum, & retro agitur in præteritum. Hæc patet ex superioribus conclusionibus, quia in eo, quod constitutiva novi iuris est, ut regula, & præceptū, respicit actiones futuras, ut declarativa respicit præteritas, factas contra aliquod ius antiquum. Notabis tamen cum *Suar.*, legem mixtam ex ea parte, qua constitutiva est, posse actus præteritos irritare, & punire eo modo, quo diximus superiori conclusione, vel posse illos irritos, & nullos revalidare ex potestate legislatoris, cum illa revalidatio pendet à lege humana, nam si pendet à divina vel à voluntate alterius, revalidari non poterunt, exēpla leges in *Suar. dicto cap. 4.* 1000 num. 7. legem mixtam ex declarativa, & constitutiva continet *cap. unius*, de postul. prælat. in 6. ubi declaratius inepit ex iure antiquo quædam formæ postulādi, & prohibentur in posterum, item *cap. Aquas*, de consecrat. ecclesiæ, vel altaris, ubi declaratur consecrationem ex statuto ecclesiæ fieri non posse, nisi ab episcopo, & tamen iubentur haberi pro consecratis, quas sacerdotes, non episcopi consecrarent, suppleente Pontifice defectus eius præteritæ consecrationis.

CAP. Frequens. X.

S V M M A R I V M.

- 1 Clericus in minoribus ex ordinatione non fit ex servo liber.
- 2 Servus factus presbyter liber est, sed domino restituitur.
- 3 Res alienæ cōsecratae, si inanimis sint, non redduntur dominis?

IN textu, ibi, Ante finem gradus non defendit. Intellige gradum ecclesiasticū, (qui in minoribus cōsistit, nec ultra progreditur,) servum à servitute non defendere, cum renuente domino ordinatur, ut eī cōmunis sententia, & in iuribus stabilita, maxime toto hoc titulo, & *cap. 2. de servis non ordinatis*, verum si is ordinetur, vere manebit ordinatus, quidquid contra dicat Dominicus, quia servitus non est incapacitas, sed propria irregularitas, ut bene notat. *Suar. de censur. disp. 5.* sect. 3. num. 1. in principio.

In textu, ibi, ad finem. Non 2
velut redditum sibi habeat.

Redditur
fortassis Antiochus presbyter dominæ Placidæ iūz, quod non haberet peculium, cuius mulctatione servitus compenlaretur, sed redditur iam factus liber, ut in eis ministerijs serviat, quæ presbyteratus honorem non deturpet, id ipsius sacerdotij propria sunt, ut celebrare in ecclesia dominæ, &c. Fit autem hoc tum in reverentiam sacerdotij tumquia illud ministerium, in quod dominæ iūz deputatur, altius omnino est, & dominæ utilius, quā aliud quocumque ab ipso in servitute prætādum. At notat b. ne *Suar. d. num. 1. & 1.* *Reginald. in praxi lib. 30. tract. 2. num. 63.* hoc non fieri in recompensationem, quia res temporalis non potest per spiritualem redimi, sed fieri in solatu amissæ servitutis.

In Glossa verbo, Reddi. Quærit

cur servus alienus consecratus domino reddatur, nō
verò res inanis, & ultra rationes ibi positas
de quibus *Sylu.* verbo, *servitus*, adde cum *Suar.*
d. scđt. 3. num. 11. ordinationem, quæ in hominibus per consecrationem sit, esse imperfectam donec perveniat ad sacerdotium, ad quod ordinatur, atque hæc consecratio eo magis est imperfecta, quo magis distat à sacerdotio, & minus opponitur servituti.

CAP. Quis autem leges. XI.

S V M M A R I V M.

- 1 Originarij qui sint?
- 2 Servus ordinatus Diaconus, domino contradicente, non semper fit liber.
- 3 Commissio cause requirit iudiciale informationem, cum non committitur arbitrio, & conscientie.

IN textu, ibi, Originarios suos.

Vide posita ad *cap. Si quis obligatus, supra num. 2.* adde *Covair. cap. Quamvis pactum, 2. part. §. 1. num. 2. de pactis. in 6. Vallase. de iure emphyr. part. 1. quest. 33. num. 15. & scribentes ad l. affirmamus. & ad l. originarius, l. cum satis, §. ex hoc l. deuterius C. de agricolis lib. 11. Azer. p. 2. lib. 2. c. 32. q. 4. *Suar. d. disp. 51. scđt. 3. nu. 15.* ubi affirmat, huiusmodi servitatem tam circa originarios, quam adscriptitios servos, iam in usu nō esse.*

In textu,

2 In textu, ibi, Diaconos ordinatos. Nota per textum servos factos Diaconos, contradicentibus dominis, & nescientibus episcopo ordinante, ac presentantibus ad ordines, ipsis dominis in servos, ut antea restitui: quod intellige nisi vicarium offerant, ut supra in c. ex antiquis, & sequuntur *Pagnini*, & alij in cap. 2. de servis non ordinand. item *S. Antonin.* 3. part. iii. 28. cap. 6. §. 6. *Navarr. Sylu.* & *Mayol*, quos refert, & sequitur *Suar.* de censur. disput. 5. 1. sectione 3. ad medium, & *Tolet.* lib. 1. cap. 59. num. 4. *Ludovicus Miranda in manuali Pralat.* tom. I. quest. 17 art. 2. conclus. 3. Non immerito tamen querit *Campanil.* in diversorio juris can. rub. 11. cap. 8. num. 11. vers. postremo, quare servi sanctis iniciati domino sint restituendi, cum videatur obstat illa regula iuris in 6. Semel Deo dicatum non est ad humanos usus transferendum? Respondet idem auctor, illam regulam solum in rebus inanimatis esse intelligendam, in illis enim consecratio in sola rei superficie consideratur; & ideo laicus non potest res consecratas, aut vasa sacra tangere, ut constat ex cap. vasa sacra de consecr. dist. I.

3 In textu, ibi. Si constiterit quellam veritate fulciri. Iudicialiter ne, an sine reprehitu judiciali? Puto judicialiter l. cum ij. 7. §. vult igitur, ss. de transact. & ibi *Bart.* num. I. *Aretinus* & alij, quos sequitur *Mengch.* de arbitriar. lib. I. questione 19. num. 1, 3. 4. & 5. Limita nisi cognitio causae committatur arbitrio alicuius, ita ut eius conscientia oneretur, ut sit in dispensationibus specialiter matrimonialibus, probat *Sanches* lib. 3. de matrimonio disp. 8 num. 4. cap. statutum, §. assessorum ubi *Glossa* verbo Relinquitur, de rescriptis in 6. *Franch.* ibi num. 6. & in cap. 2. de iure iurando, ubi *Ioann. Andr.* art. 2. *Anchar.* num. 4. notabilis, 4. *Dominic.* num. 9. *Franch.* num. 3. *Lappus* allegat. 61. num. 3. *Cavalcant.* 1. part. decis. 46. num. 42. & plures alij, quos ibi vide. Adde posita ad cap. habnisi. 7. dist. 33. num. 2.

CAP. Generalis. XII.

S V M M A R I V M .

- 1 Doctores, qui textus meminere.
- 2 Quae sunt religiosa congregations?
- 3 Quot hodie numerentur in Ecclesia catholica religiosa congregations?
- 4 Congregatio Carmelitarum.
- 5 Congregatio Cruciferorum.

- 6 Congregatio S. Basili.
- 7 Congregatio Eremitarum S. Augustini.
- 8 Congregatio Canonicorum regularium S. Augustini.
- 9 Congregatio Canonicorum regularium Lateranensem.
- 10 Congregatio S. Benedicti.
- 11 Congregatio Canonicorum regularium S. Fridiani, sive
- 12 Frigidiani.
- 13 Congregatio Cluniacensium.
- 14 Congregatio Camaldulensium.
- 15 Congregatio fontis Caryli.
- 16 Congregatio vallis umbrose.
- 17 Congregatio Grandimontensium.
- 18 Varie reformationes Canonicorum regularium.
- 19 Congregatio Canonicorum regularium S. Rufi.
- 20 Congregatio Carthusiana.
- 21 Congregatio S. Antonij Eremita.
- 22 Congregatio Canonicorum regularium Aroasie.
- 23 Congregatio Cisterciensium.
- 24 Congregatio Canonicorum regularium S. Victoris.
- 25 Congregatio fontis Ebraldi.
- 26 Congregatio Permonstratensis.
- 27 Congregatio Guillielmitarum.
- 28 Congregatio Gilbertinorum.
- 29 Congregatio Canonicorum regularium Mantuanorum.
- 30 Congregatio Canonicorum regularium S. Sepulchri.
- 31 Congregatio S. Guillielmi ducis Aquitaniae.
- 32 Congregatio Canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensis.
- 33 Congregatio Humiliatorum.
- 34 Congregatio Floriacensis.
- 35 Congregatio S. Spiritus in Saxea.
- 36 Congregatio Trinitariorum.
- 37 Congregatio fratrum de Panitentia, s. Demetrij.
- 38 Congregatio Predicatorum.
- 39 Congregatio minorum.
- 40 Congregatio S. Pauli Eremita.
- 41 Congregatio Mercenariorum.
- 42 Congregatio vallis Scholatiorum.

- 43 Congregatio Silvestrinorum.
 44 Congregatio Servitarum.
 45 Congregatio vallis caulium.
 46 Congregatio Cruciferorum per Germaniam, Belgiam, Galliam.
 47 Congregatio Bonorum hominum.
 48 Congregatio Celestinorum.
 49 Congregatio Panitentie S. Mariae Magdalena.
 50 Congregatio mulierum panitentium.
 51 Congregatio Charitatis S. Mariae.
 52 Congregatio Clericorum regularium hospitaliorum.
 53 Congregatio Alexianorum.
 54 Congregatio Olivetanorum.
 55 Congregatio Iesuitorum S. Hieronymi.
 56 Congregatio S. Brigittae.
 57 Congregatio S. Hieronymi per Hispaniam.
 58 Congregatio Clericorum regularium vita communis.
 59 Congregatio Canonicorum regularium Gronodael, sive vallis viridis.
 60 Congregatio Sancti Hieronymi per Italiam.
 61 Congregatio S. Hieronymi in Pisis.
 62 Congregatio Canonicorum regularium Vindesemensem.
 63 Congregatio Sancti Hieronymi in Fesulanis.
 64 Congregatio Canonicorum regularium Frigioniae.
 65 Congregatio Canonicorum S. Salvatoris, sive scopetinorum.
 66 Congregatio Canonicorum regularium S. Gregorij in Alga.
 67 Congregatio S. Iustine Patavina, vel Cassinensis.
 68 Congregatio S. Ambrosij ad nemus.
 69 Congregatio minimorum S. Francisci de Paula.
 70 Congregatio Apostolinorum.
 71 Congregatio Canonicorum regularium S. Petri de monte Corbulo.
 72 Congregatio clericorum regularium boni Iesu Ravenatis.
 73 Congregatio Clericorum regularium Theatinorum.
 74 Congregatio Clericorum regularium S. Pauli decollati.

- 75 Congregatio Clericorum regularium somaschinorum.
 76 Congregatio Hospitaliorum Ioannis de Deo Lusitanii.
 77 Congregatio Clericorum regularium Societas Iesu.
 78 Congregatio Panitentie Sancti Joannis Baptistae.
 79 Congregatio Clericorum regularium ministerorum infirmorum.
 80 Congregatio Clericorum regularium S. Mariae de Luca.
 81 Congregatio Clericorum regularium minorum.
 82 Congregatio Clericorum regularium Scholarum piarum.
 83 Congregatio Eremitarum S. Antonij per Galliam.
 Quoi Sint congregations militares.
 & ibi Numerantur. Congregations militares religiosæ.
 84 Congregatio militaris S. Lazari.
 85 Congregatio militaris S. Ioannis Baptiste.
 86 Congregatio militaris S. Sepulchri.
 87 Congregatio militaris equitum Templi.
 88 Congregatio militaris S. Mariae Tentorum.
 89 Congregatio militaris S. Ioannis Acconensis.
 90 Congregatio militaris Avisij apud Lusitanos.
 91 Congregatio militaris S. Mariae de Calatrava apud Hispanos.
 92 Congregatio militaris Ale apud Lusitanos.
 93 Congregatio militaris S. Iacobi apud Hispanos.
 94 Congregatio militaris S. Iacobi apud Lusitanos.
 95 Congregatio militaris Alcantara apud Hispanos.
 96 Congregatio militaris Montis Gaudij apud Ierosolimitanos, ubi De Congregatione Monfrat, & del Trugillo.
 97 Congregatio militaris Marianorum in Ptolemaide.
 98 Congregatio militaris Christi apud Livernos.

ciens. fr. Bernard. de Britto in Chronic. Cisterciens. fr. Angelus Manrique in laurea Evangelica, præser-tim lib. 3. discurs. 6. & 7. Otto Abbas in annalib. Abbatum predecessorum, Christopherus Gonçales de Per-roles in vita S. Bernardi. S. Antoninus 2. part. iii. 15. cap. 12. §. 18. Casan. in catbal. part. 4. consider. 58. Polyd. de inventoriib. lib. 7. cap. 2. Romanus de repub. christiana, lib. 6. cap. 12. Plato de bono status religiosi, lib. 2. cap. 22. Baronius tom. II. ann. 1098. Auber-tus Miraeus de statu religionis christiana, lib. I. cap. 22. & de origine Cisterciens. per totum tractatum. Illese. in Ponif. part. I. lib. 5. cap. 15. Gualterus, Palmerius, Genebrard. ann. 1098. Morigia lib. I. cap. 28. Sylvest. Marul. in ocean. lib. 2. pag. 153. Robertus in Gallia christiana, loco proxime citato, ubi plures, & plura. Ex Scolastic. Azor. tom. I. lib. 12. cap. 21. Rodrig. tom. I. regul. q. 3. art. 5. Miranda tom. I. manual. religios. q. 4. art. 2. Shar. tom. q. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 3. & num. 3. Festum S. Roberti 29. Aprilis, de eo videndus Surius tom. 2. eodem die. frater Angelus Manriq. tom. I. Concion. concion. de S. Roberto, ubi plura, & præclara Baronius, Molanus, Vuardus 29. Aprilis. Sigibertus in Chronic. ann. 1098. Vincent. in specul. hist. lib. 25. cap. 94. & 95. Annales omnes ad annum 9098.

Congregatio Canoniconum S. Victoris. Habuit hæc Congregatio no-men à monasterio S. Victoris, prope muros Parisiës, abbatiali titulo illustri: ædificatum est à Ludovico Crasso Gallia Rege, ann. 1113. ut referunt Belforestius in sua Comosgraphia, Crusenus in monastico Augustiniano, p. 2. cap. 19. Miraeus in origin. Canonic. Regul. cap. 12. ubi grande Vitriaci Cardinalis de Canonicis S. Victoris, elogium transcribit, atq; ea enumerat cenobia, quæ huic Congregationi paruerunt, tam virorum, quam mulierum. Ceterum desistit iam hæc Congregatio, licet monasterium, quod toti præfie-batur, adhuc floreat. Fuere ex hac familia Hugo, & Richardus de sancto Victore, scriptores magni minis.

Congregatio fontis Ebraldi. Sic dicta à celebri fonte, iuxta quem primum huius familiae monasterium ædificatum est, in diœcesi Pictaviensi, Putiers, in Gallia: instituta à B. Roberto Blesio (Claudius Robertus in Gallia chris-tian. titulo de Abbatibus, litter. F. verbo, fontis Ebral-di appellat Robertum Arbicellum) Parisienti, mona-cho benedictino, & sub regula S. Benedicti. De anno institutionis non satis constat, oportuit fuisse ante 1117. in quo B. Robertus mortuus est. Sunt fere huius familiae monasteria dupli-cia, id est virorum, & fœminarum, muro dis-tincta, præsidet, & viris, & fœminis Abbatis, electa semper à monialibus, habet sub se quin-quaginta alia monasteria. Videbis de hac familiâ Baron. tom. 12. ann. 1117. qui tibi erit instar omnium.

ōmnium. Si tamen plures desideres, lege *Mitraum de statu religionis christianae lib. 1. cap. 24.* & de origin. monasticor. lib. 2. cap. 10. *Nembugensem lib. 5. cap. 25.* Ioannem Panchetum in Annalibus Aquitaniae, Ioannem Picardum in notis ad S. Bernardum, Guillielmum Tyrum lib. 14. cap. 20. Petrum Venerabil. lib. 2. epistola 10. Claudium Robertum in Gallia christiana, ubi proximè, cum multis. De die festivitatibus S. Roberti, dicata nihil certi in venio.

26 Congregatio Permonstratensis.

Dicta à monte Permonstrato, in diœcesi Laudensi, Laon, suffraganea Remensi, in Gallia, instituta à Norberto Archiepisco, postea Magdeburgensi, Meyburg, Germaniae primate, sub regula S. Augustini, & instituto Canonico-rum regularium, ann. 1120. Pontifice Calixto 2. Imperatoribus Occidentis Henrico 5. Orientis Ioanne Conneno. Utuntur hi Canonici albis vestibus, nimirum tunica, superquam ferrunt Rhochetum tenuissimi lini, sive byssi, gestant in capite album pileum, in humeris pallium, Carmelitano non dissimile, acceperunt hunc habitum à sanctissima Virgine, ut passim authores referunt. Generalis, & Abbates (sic appellant superiores) ordinis sunt perpetui, viget maxime hæc familia per Galliam, Germaniam, Flandriam, Hispaniam, apud Italos fere nulla eorum sunt monasteria, Romæ hoc anno adhuc vivebant in locato domicilio. Scripsere de hac familia *Aubertus Miraeus*, qui *Chronicon illius edidit*, *Coloniae Agrippinae*, ann. 1613. videndus etiam erit *S. Antonin. 2. p. hist. tit. 15. cap. 19.* & *tit. 17. cap. 2. §. 2. Morigia lib. 1. cap. 57. Sylvest. Marul. in ocean. lib. 12. pag. 172. Ioann. Picardus in notis ad epistolulas S. Bernardi, epistol. 25. & 247. Vot. lateran. lib. 2. Claudio Robert. in Gallia christiana, tit. de Abbatibus, littera P. verbo, Permonstratum, ubi plures Baron. tom. 12. ann. 1120. Genebrard. in Paschali 2. Gualter. in tabula Chronograph. qui eius institutionem ponit ann. 1116. vide illum scul. 12. pag. 647. Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 16. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. q. 2. Suar. tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 5. num. 6. Festum S. Norberti, 6. Iunij, ubi Baronius in notis martyrol. & tom. 12. ann. 1134. quo moritur. Surius tom. 3. 6. Iunij, in eius vita.*

27 Congregatio Guillielmitarū.

Instituta à S. Guillermo Vercellensi, Vercelli, monacho benedictino, & sub regula S. Benedicti, ann. 1124. Pontifice Calixto 2. Imperatore Occidentis Henrico 5. Orientis Emmanuel Conneno. Vestiuntur monachi albo amictu, ex vili pano. Monasteria totius ordinis dicuntur esse 47. fere omnia per Italiam, Generalis ad triennium præficitur, Azor. ubi infra, habent Romæ monasterium ad S. Agatham in suburrā. De illis *Paulus Reginus de sanctis Neapolit. in vita S.*

Guillielmi. Ezovius tom. 2. hist. eccl. ann. 1142. nu. 3. Sylvest. Marul. in ocean. lib. 2. pag. 161. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Appellatur etiam hæc familia Montis virginis, quod in Virgiliano monte regni Neapolitani primum suum monasterium aedicaverit S. Guillielmus. Celebratur festum S. Guillielmi 25. Iunij, ubi Baronius in notis ad martyrolog. vide etiam *Felicem Rendam priorem monasterij monis Virginis, in vita S. Guillielmi.*

Congregatio Gilbertinorum. 28

Instituta à S. Gilberto, Anglo (ita testatur Polydor. de invent. lib. 7. cap. 2. in fine) in Anglia an. 1148. sub regula S. Benedicti. Pontifice Eugenio 3. Imperatoribus Occidentis Conrado 3. Orientis Emmanuel Conneno. De ea *Guillielmus Neubugensis de rebus Angliae*, lib. 5. cap. 16. Barnab. Mon talvo in *Chronic. Cisterciens. lib. 2. cap. 23. Polydorus*, ubi proximè, iam non durat.

Congregatio Canonicorum 29

regul Mantuanorum. Refert institutionem suam ad S. Marcum Evangelistam, sed monasterium Mantuanum fundabit eius urbis episcopus Hinricus, ann. 1150. Pontifice Eugenio 3. Imperatoribus Occidentis Conrado 3. Orientis Emmanuel Conneno. Præter hoc Mantuanum, atq; alterum in oppido Nesi prope Patavium, Mantuano annexum, nullum aliud est in tota Congregatione monasterium. Lege *Morigiam lib. 1. cap. 9. Sylvest. Marul. in ocean. lib. 1. pag. 36.* Placet huic Mantuanæ Congregationi aliam per omnia similem annexare, videlicet *Spiritus Sancti apud Venetos*, Canonico-rum etiam regularium, duo tantum possidet monasteria, Venetijs alterum, alterum Patavij, quod appellant S. Michaelis, sed utrumq; magnis redditibus abundans; nullus ad hanc Congregationem admittitur, nisi Venetus sit, & nobilis, ferunt eundem habitum, atq; Canonicorum regul. Lateranenses, cum pileis quadratis, & pano albo, item pallia alba cum excunt domum, de his *Morigia lib. 1. cap. 6. Iohannes Andreas Clement. 1. de elect.*

Congregatio Canonicorum regularium S. Sepulchri. 30

Instituta est hæc Congregatio Hierosolymis. De tempore penè nihil scitur. *Franciscus Medices lib.* qui inscribitur *habitus cleri Romani*, reiicit ad Hierosolymas recuperatas, nimirum per Goifredum, ann. 1099. Extat diploma Cælestini 2. anno Christi 1153. 10. Ianuarij, quo honorifica est Canonicorum S. Sepulchri in Hierosolymis commendatio; propterea hoc anno illam atteximus. Induebantur Canonici S. Sepulchri nigro colore, ferebant pallium super Rhochetum, in quo assidue erant ad latus sinistrum quinq; crucis ex purpura, grandis

grandis media, quatuor alia exiguae, ita ut brachia gradis, & supra se, & infra se ad angulos suos parvulas sustinerent. Placuit hic numerus, & figura in memoriam passionis Christi. De hac Sylvest. Marul. in ocean. religion. lib. I. pag. 30.

Congregatio S. Guillielmi Ducis Aquitaniae. Instituta à S. Guillielmo Aquitanie, & Pictaviensium,

duce, ann. 1153. Pontifice Anastasio 4. Imperatoribus Occidentis Federico Aenobarbo, Orientis Emmanuel Comneno. Credunt nonnulli inter quos Renatus Chopinus in monastico, & alii, quos refert Marques de vera origin. Eremit. S. Augustini, c. 13. §. 11. S. Guillielmum instituisse religionem suam sub regula S. Benedicti. Ceterum vero verius est instituisse illam sub regula S. Augustini, acq. eundem Guillielmum verè fuisse Eremitam S. Augustini, sed in illa maxima unione, & accessione, quæ omnium Congregationum sub regula, & nomine S. Augustini viventium, facta est ad religionem Eremitarum S. Augustini, sub Innocentio 4. ann. 1243. & sub Alexandro 4. anno 1256. reclamantibus hanc unionem Guillielmitis, ut liberius ab ea resiliret, regulam S. Benedicti ab eodem Alexandro 4. accepere, manente sibi interim habitu S. Augustini, ita latè probat Marques citatus. Dicunt sunt Guillielmitæ in Gallia fratres albi mantelli, non quod vestibus albis uterentur, sed quod cum domum quam olim Servitæ albi mantelli, de quibus nos infranu. 44. Parisijs incolebant, incoluerint. Agunt de Guillielmitis Auctores citati à Marques, ubi supra, & à Penot. hist. tripart. lib. I. cap. 46. per totum. Festum S. Guillielmi 10. Februarij, de eo Ribadaneira in extravagantibus, latissime.

Congregatio Canonicorum regularium S. Crucis Conimbricensis apud Lusitanos. Sic dicta à ce-

terio S. Crucis Conimbricensis, quod amplissimis redditibus edificavit Alphonsus Henricus primus Rex Lusitanie, anno 1131. Innocentio 2. Pontifice, Imperatoribus Occidentis Lothario 2. Orientis Ioanne Comneno. Ibiq. sepultus iacet in facello maximo à lèva parte altaris, una cum filio Sancio regni successore, qui in eadem capella, è regione patris ad dextrum latus equali mausoleo quiescit. Fuere primi humijs Congregationis institutores D. Tello Archidiaconus Conimbricensis. D. Michael eiusdem Ecclesie Conimbricensis. Prior. D. Ioannes Canonicus, & Magister scholæ, D. Theotonius primus Prior monasterij S. Crucis, D. Odorius, S. Iacobi presbyter, & eiusdem sanctæ Crucis

Prior claustral. D. Sisnandus S. Mariæ montis Maioris Præpositus. D. Petrus presbyter, & alij quinq. quorū nomina invenire non potui. Confirmavit Innocentius III. anno 1135. Habet hæc Congregatio multa subse monasteria, quæ temporis vicissitudo ab illa abduxit, & alijs ordinibus, sive mensis episcopalibus applicavit. Nunc possidet unum de viginti, inter quæ amplissima sunt S. Vincentius Olysiensis, Gryjò, Refoios, Portucallense, Moreira, &c. Induuntur Canonici alba tunica, superpellicio linco, almutia, sive capuccio, & pallio nigro, habent generalem ad triennium. Piores domorum sunt à capitulo cuiuscumq. cœnobij, confirmante Generali. Duxi nonnulla de hac Congregatione in hist. mea episcop. Portugal. p. 2. cap. 2. plura dicam in Bracharensi, ubi à D. Ioanne, uno ex fundatoribus, qui postea Archiepiscopus fuit Brachatensis, de illa, historiographi Lusitani in Alphonso Henrico. Penotus in hist. tripart. lib. 2. cap. 59. & sequentibus. Festum S. Theotonij primi Prioris, quem ista Congregatio maximè colit 18. Februarij, de eo D. Prudentius de Sandoval in antiquitatibus Tudensibus, fol. 124.

Congregatio Humiliatorum.

Instituta est sub regula S. Benedicti, à nobilibus quibusdam Mediolanensibus, qui post dirutam patriam à Federico Aenobarbo iussi abire exules in Germaniam, inde precibus, & humilitate regressum iterum in Mediolanū adepti sunt, quia vero vestibus albis induiti possilimium impetrarunt, eisdem vestibus Deo servire decreverunt anno 1196. Pontifice Celestino III. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Angelo. Fuit inter restitutores præcipiuus B. Ioannes sacerdos Comensis. Induebantur albis vestibus ex vili pano. Extinxit hanc Congregationem, quæ multum diuq. floruerat Pius V. anno 1570. ut vendicaret iniuriam illatam Cardinali Carolo Borromeo, eiusdem familie reformatori, cum nescio quis ex Humiliatis, aliorum persuasu, in eum scelopetam duabus gladiis plubeis onustam, exoneravit, ille interim, non sine divino miraculo, Cardinali, anno 1569. 26. Octobris, ut scribunt Ioannes Petrus Iusbanus in vita S. Caroli, lib. 2. cap. 23. Ioannes Antonius Gabutius ex Congregatione Oratori, in vita Pij V. lib. 3. cap. 15. De hac familia agunt S. Antoninus 2. p. hist. tit. 15. cap. 22. Cassan. in cathal. p. 4. consid. 60. ubi dicit incipisse anno 1017. Polydor. de invent. rerum, lib. 7. cap. 2. Gualter. in tabul. Chronograph. seculo 12. pag. 633. ubi institutum facit anno 1170. confirmatam anno 1200. Onoffr. ann. 1070. & 1200. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Lege de extinctione illius Constit. Pij V. 119. Quemadmodum, & 1200. Quoniam, in bullario. Dies B. Ioannis, huius familiæ fundatoris 26. Septemb.

Congre.

34 Congregatio Floriacensis.

Sic dicta à primo eius monasterio *Floriacensi*, p̄pe Cozentiam, *Cozenca*, urbem archiepiscopalem in regno Neapolitano, instituta à B. *Ioachimo*, Calabro monacho benedictino, & sub regula S. *Benedicti*, anno 1196. Pontifice Cælestino 3. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Comneno. Vnita est hæc familia decursu temporis, Congregationi Cisterciensi. De ea *Sylvest. Marulus in ocean. religion. epistola Honorij 3. ad episcopum Lucaniae*, de qua *Biñius in notis ad Concilium Lateranens. sub Innocent. 3. Gabriel Varius in vita Ioachimi, Antonius Possevinus in apparatu sacro, tom. 2. verbo, Ioachimus*. Notabis librū tantum *Ioachimi de unitate, seu essentia Trinitatis*, quem edidit contra magistrum sententiarum, damnatum esse à *Concilio Lateranens. sub Innocentio 3. anno 1215*. non vero alia eius opera, nec ipsum *Ioachimum*, ut minus advertenter voluit *Baron. tom. 12. ann. 1190*. & optimè probat *Egydius Romanus, super cap. damnamus, p. 2. in fin. Augustinus Triumphus de potestat. ecclesiastica, q. 100. art. 5. Glossa in cap. Damnamus, verbo, florensi monasterio. Antonius Possevinus ubi proxime, Blasius Viegas in Apocalyps. cap. 3. sect. 3. & quod amplius est, ita declaratur in cap. Damnamus, §. In nullo, de summa Trinitat. ubi Glossa videtur comprehendere omnia *Ioachimi scripta*, sed de his specialibus, quæ contra magistrum sententiarum scripsit, intelligenda est. Fuisse inclytum prophetæ dono *Ioachimum*, testatur *Guillelmus Paraginus in libello de virtutibus. S. Antonin. 1. p. tit. 17. cap. 1. §. 12. Martinus Polonus in hist. sub Federico I. & Eugenio 3. Xistus Senensis lib. 4. Bibliotheca. Fascicul. temporum in Alex. 3. ann. 1164. Matthaeus Palmer. in Chron. ann. 1186. Robert. Aurelus lib. 1. rerum medicinarū, cap. 3. Illesc. in Pontif. lib. 5. cap. 27*. Hic est ille *Ioachimus*, qui ante institutos ordines Dominicanorum, & Franciscanorum, iussit S. *Franciscum*, & S. *Dominicum Venetij* depingi in templo S. *Marci*, eo habitu, quo pollea usi sunt, addidit præterea B. *Francisco* quina Christi vulnera, prout ista omnia adhuc visuntur in eodem templo opere musivo, lege *Chronic. Minorit. 1. p. lib. 10. cap. 3. Possevinum ubi supra, Ribadan. in vita S. Francisci, 4. Octobr.**

35 Congregatio Sancti Spiritus in Saxea.

*Dicta S. Spiritus, quod illum habeat protelari, in Saxea, quod Romæ, eo loco ubi situm est monasterium, & hospitale hujus congregationis caput, *Saxones, Germaniae populi olim habitarunt. Instituta ab Innocentio 3. Summo Pontifice, anno 1198. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Angelo. Curant hi religiosi hospitalitatem, inserviunt ægrotis. Utuntur habitu nigro sacerdotali, ferunt Crucem in pectore exoloseri-**

co albo, ea forma, quæ illam portant equites S. *Ioannis Melitensis*, præter quam quod hastile magnum duo habet ligna transversa, atq; duplē efformat Crucem, quarū superior minor sit, inferior maior. Habent plura hospitelia per Italiam, & alibi, quorum caput est Romanum, tam amplum, ac dives, ut vix credantur eius redditus annui, toti Congregationi præsidet magister generalis, quem credo à *Summo Pontifice* designari. Agunt de hac Congregatione ex professo. *Albertus Baſanus de origine huius religion. prodijt Cracoviae, ann. 1570. Tarcanbota in hist. univers. p. 2. lib. 13. Plato de bono status religion. lib. 2. cap. 22. Merigia lib. 1. cap. 59. Sylvest. Maral. in ocean. lib. 3. pag. 233. Platina in Innocentio 3. Onuffr. in Chron. ann. 1201. Gualt. in tabul. Chronograph. sacul. 13. ann. 1201. vide Bullam Innocent. 3. Constit. 3. in bullar. Nicol. Constit. 4. Xisti 4. Constit. 12.*

36 Congregatio Sanctissimæ Trinitatis.

Instituta sub regula propria à B. *Ioanne Matia Gallo, ann. 1198. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Henrico 6. Orientis Alexio Comneno. Dicitur etiam hæc familia in bullis Apostolicis, Cervi Frigidi, à primo monasterio, & capite familie prope fontem Cervi Frigidi, eretto non longe ab urbe Meldensi, Meours, Senonensi Archibispoco suffraganea, Saus. Testatur Gregorius XIII. Bulla à se edita Romæ 19. Martij, an. 1575. incipit Regimi militantis, Innocentium III. Honorium III. Gregorium IX. Cælestinum IV. Innocentium IV. Alexand. IV. Urbanum IV. Clement. IV. Gregor. X. Clement. V & VI. Innocent. VI. Iulium II. Leonem X. Adriatum VI. Paulum III. Iulium III. Paulum IV. Pium IV. confirmasse hanc Congregationem. Occupantur hi religiosi ex instituto suo, in redimendis captivis & servitio infidelium. Huic Congregationi debere Lusitaniam nostram fidalitum suum, quod appellat Misericordia, testatur Emmanuel Rodrig. tom. 1. regul. q. 3. art. 12. Utuntur religiosi vellibus candidis portant in pectore Crucem ex rubro, & cœruleo colore. Habet ordo provincias 18. monasteria 145. in quibus sunt circiter quatuor millia religiosorum, qui perpetuè subduntur Generali, quorum seriem, usq; ad annum 1620. enumerat Claudio Robertus in sua Gallia christiana, tit. de Generalibus. Lege Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. quast. 8. Habent Romæ monasterium, non longe à Trinitate montis, familia Minorum. Est etiam hac in Congregatione, alia, quam appellant discalceatorum, approbata à Clemente VIII. an. 1599. habet nunc ex commissione Pauli V. proprium Generalem, nec generali calceato subditur, vestitus est pene idem, atq; alterius familie, sed ex pano viliori, cum aliqua differentia,*

Prima pars Decreti.

452

sentia in pallio, nam per Hispaniam Canusinū est, extra Hispaniam albū. Habet Romæ monasteriū ad S. Carolum, in regione Montium, lego Panciroli, in Tbesuy, in regione Mont. Eccles. 65. pag. 324. Agunt de Congregatione Sanctissimæ Trinitat. S. Antonin. 3. p. summa, tit. 16. cap. 1. §. 2. & 2. p. hist. tit. 15. cap. 1. §. 3. Casan. in Cathal. p. 4. consid. 63. Saballie. Aeneid. 9. lib. 5. Tarcanbota p. 2. hist. univers. lib. 3. Rennatus Coppinus lib. 1. monast. cap. 1. nu. 17. Marques de origin. Eremit. S. August. cap. 3. §. 2. Roman. de repub. christian. lib. 6. cap. 18. & in Chronic. ordin. Eremit. S. August. cent. 8. ad ann. Christi 1163. Illesc. in Pontif. lib. 5. cap. 32. Miranus lib. 1. de statu eccles. Cathol. cap. 24. Sed ibi maxime errat in anno fundationis, & morte fundatoris. Item de origin. monast. lib. 1. cap. 8. Coppinus monast. lib. 1. cap. 10. nu. 41. Claudius Robert. in Gallia christian. ubi proximè. Bellarmin. in Chron. Gualt. in tabula Chronograph. cum Onusfr. & Genebrard. in Innocent. 3. ann. 1208. Morigia lib. 1. cap. 63. Sylvester. Marul. in ocean. lib. 3. Vide præterea Consti. 1. Innocent. 3. in Bullario. Moritur B. Ioannes Mata Romæ 21. Decemb.

37 Congregatio fratrum de poenitentia S. Demetrij. Instituta est à viris quibusdā pijs, in Germaniæ, & Poloniæ partibus, anno 1200. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Felippo, Orientis Baldovino Belga. Habitū portant subrubrum, nimirum cucullam, & scapulare, cui intexitur cor, cum Crucē eiusdem coloris. Desierat pene hęc familia, illam tamen Pauli V. Pontificatu renovatam, & de novo approbatam sub regula S. Augustini, & obedientia episcoporum, in quorum es- sent diœcesibus, scribit Nicolaus Crusenus in monastico Augustiniano, p. 3. cap. 1. Aliam amictu rubro invenire est religionem apud Iadocum Annunium, & Franciscum Modium in libello de habitu Ecclesiæ Romane, appellant Vallis Iosaph, de qua nifil memini me unquam legere.

38 Congregatio Prædicatorum. Instituta à S. Dominico Hispano, Canonico regulari Augustiniano, & sub regula S. Augustini, an. 1205. Pontifice Innocentio 3. Imperatoribus Occidentis Felippo, Orientis Baldovino Belga, approbata solemniter ab Honorio 3. anno 1216. Habitus huius familie ubiq. notissimus est, nimirum tunica, & scapulare candidum, cū pallio nigro. Scribit Sabellius Aeneid. 9. lib. 6. suo tempore (vivebat ann. 1500.) esse in familia Dominicana provincias unam supra virginem, monasteria quatuor millia, quadringēta supra quadraginta, religiosos viginti sex millia quadringētos, & sexaginta, eadem refert Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. quest. 1. Vnus toti Congregationi generalis preficitur, isq. ad totam

vitam durat. Habent Dominicanī multa Romæ monasteria, præcipua sunt S. Maria super Minervam, S. Nicolaus ad Pallatum Mediceorum, S. Sabina in regione Ripæ, lege scribentes de hac familia apud Ferdinandum de Castilho in Chronicis S. Dominici, in prolog. tom. 1. de elect. ubi plures. Albertum Castellam in Cathalag. virorum illustr. sui ordin. Bernardum Guidonem de gestis Prædicat. floruit anno 1300. Constantium Falicensem, floruit 1470. Felicem à Castro, Felicem Galvanum, Galvanum Flaviam de religione S. Dominici. Hieronymum Albertum Succium in Annalib. fratribus ordin. & in tabula de Generalibus ordin. & de viris illustribus ordin. floruit anno 1490. Hieronymum de Bononia in Chronic. ordin. Humbertum 4. Generalem de fundatione ordinis sui, & de viis sancti eiusdem. Iacobum Susatum in Chronic. & in privileg. ordin. florebat anno 1415. Ioannem Garzonium in tract. de viris illustrib. ordin. B. Jordanum in tract. de iustit. ordinis sui. Leandrum Albertum in tract. de viris illustrib. ordin. Thomam Firmanum in tract. de origin. ordin. & de pænitentia S. Dominici, florebat anno 1414. Umbertum Heduum de vitis primorum patrum ordin. Iacobum Lopez episcopum Monopolit. in hist. ordin. Fr. Ludovicum de Souza in hist. provincia Lusitana. Petrum Calvum in defensorio religionum, omnes hi ex eadem familia. Adde Casan in Cathalog. 4. p. consid. 68. Polyd. de invent. lib. 7. cap. 3. Roman. de repub. christian. lib. 6. cap. 26. Platnum de bono stat. lib. 2. cap. 22. Gualter. Onusfr. Genebrard. Palmerinum, Platinam sub Innocentio III. anno 1201. & 1216. Morigium lib. 1. Sylvester. Marul. in ocean. lib. 3. Ex scholasticis Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 23. & lib. 13. cap. 11. Rodrig. tom. 1. regular. quest. 2. art. 2. Miranda tom. 1. Manual. religios. quest. 4. art. 3. Suar. 19m. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. cap. 6. ubi plura, & præclara. Feslum S. Dominici, 4. Augusti, de eo, quos refert Castilho loco citato, Ribadaneira, &c.

Congregatio Minorum. Instituta à S. Francisco Assinate, anno 1209. Innocentio III. Pontifice, Imperatoribus Occident. Othonem 4. Orientis Roberto. Divisa nunc est tota Congregatio Franciscana in quatuor alias Congregationes, Conventualium, Observantium, Capucinorum, Tertiorum, unaquæque habet suum Generalem distinctum, ab alia independentem, præterquam quod multi ex Tertiarijs, per Hispaniam, & Italianam vivunt adhuc sub Generali observantia, Conventuales, bona in communi possident ex indulto Innocentij IV. ab anno 1244. trigesimum quintum post institutum ordinem. Generalis Conventualism ad sexennium eligitur, Ministri Conventuum, sive Guardiani eliguntur à Capitulo Provinciali per annum, qui tamen sunt de mensa Generali triennium durant, ab ipsoq. Generali eliguntur. Sunt Provinciae Conventualium 31. in quibus vicar septem, Custodiz 108. Conventualium refor-

matorum

matorum conventus quinquaginta, valent plurimum per Italiā, & Galliā, Observantes eligunt Generalem suum ad sexennium, habet sub se provincias 93. Custodias quinqꝫ, Vicarias 24. Conventus 2300. Religiosos centum sexaginta tria millia nongentos, inter quos numerantur reformati observantes, quos nos recollectos appellamus, quod in puritate sua paupertatem, & regulam B. Francisci nitantur observare. Capuccini, sic dicti à capuccio oblongo, & acuminato, quod gerunt ad imitationem S. Francisci, cuius fuisse illum habitum contendunt. Agit de his Iosephus Zarlinus de origin. Capuccin. lib. 3. cap. 5. Morigia lib. 1. cap. 52. Sylvester Marulus in Ocean. lib. 5. pagin. 375, incēpere anno 1525. probavit Clemens VII. anno 1528. Constitut. 21. Bullarij, confirmavit Paulus III. Constit. 11. ibi. Illorū Generalis, usq; ad annum 1625. durabat per quinquennium, nunc ad sexennium, habet sub se Provincias 42. Conventus 1240. Religiosos septendecim millia ducentos quinqꝫ, ut constitit ex albo Capituli Generalis Romæ facti anno 1625. Tertiarij habent etiam Generalem suum, ut dixi, moderatur ille provincias 17. Conventus 327. ubi numerantur Religiosi tria millia nongenti, & nonaginta. Quæ omnia si velis ad numerum reducere, invenies totam Congregationem Franciscanā numerare provincias 181. Vicarias 31. Conventus 9335. Religiosos, & Religiosas ducentos octoginta tria millia, septingentos, & nonaginta tres, præter infinitum numerum Tertianorum. Desumpsimus hæc omnia ex arbore, quam evulgavit in gratiam Capuccinorum 15. Aprilis anni 1626. Dominus Ioannes de Montoya, civitatis Cubensis, & Pals gubernator, ubi addit esse in toto ordine Franciscano monialium Tertiarium S. Claræ, Conceptionis, Annuntiatæ, Capuccinarum, Conventus tres mille octingentos quinquaginta, Religiosas verò esse septuaginta tres mille nongentas 73900. Habet hæc familia multa, & pulchra Romæ monasteria, Conventuales, ad sanctos Apostolos Philippum, & Iacobum, ad s. Salvatorem ad undas. Observantes. ad s. Mariam in Ara celi, ad s. Bartholomeum in Insula, ad s. Petrum Montorium, ad s. Franciscum transiberim. Capuccini, ad s. Bonaventuram in monte Quirinali, & ad Palatiū Sforziorum. De familia S. Francisci agunt plures, quam numerari possint, multos refert frat. D. Marcus Olyssonensis, 1. part. Chronic. in prolog. ad lect. & in prolog. 3. part. frat. Antonius Dala, que Chronic. continuavit. in prolog. 4. part. fr. Ludovicus Robledo in Chronic. S. Francisci, Catholism. fratrum ordin. Compendium privilegior. frat. cum notis Hieronymi à Sorbo, & Anton. Cordubensis, Bernardinus de Beza in Chronic Generalib. ordin. Fräcise. Bartholom. de hist. s. Marie de Porciuncula, Franciscus Gonzaga, latissime Franciscus Opili-

lot. in Catalog. quem inscripsit Athena ordinis, Franciscus Hilton in tractat. de statu ordinis sui, anno 1376. Ioannes Florentinus de hist. sui ordinis. Petrus Redolphus de hist. Serapica. Peregrinus Canonicus in Chronic. Generalium ordinis, Ivo magister in ocularibus, & manipulo fratr. minorum. Plato de bono status religion. lib. 2. cap. 22. Romanus in Repub. christiana, lib. 6. cap. 20. Illese. in Pontific. lib. 5. cap. 23. & 32. Casan. in Catalog. part. 4. considerat. 69. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. Gualter. in tabula Chronograph. scul. 13. pagin. 677. ubi Onuffr. anno 1209. Genebrardus in Innocentio III. & Henrico III. Palmerius anno 1223. Morigia lib. 1. cap. 33. & 34. Sylvester Marulus in Ocean. lib. 4. pagin. 247. & 262. Ex scholasticis Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Rodriguez tom. 1. regular. quest. 2. art. 3. Miranda in Manuali religios. tom. 1. quest. 4. art. 4. Suar. tom. 4. de religione, tractat. 9. lib. 2. cap. 7. Qui plura scire desiderat de paupertate huius familie, legat Sanchez tom. 2. Decalog. lib. 7. cap. 26. Marques de origine Eremit. Sancti Augustini, cap. 23, §. 5. 6. & 7. Festum S. Francisci 4. Octobris. De eo S. Bonaventura, & alij.

Congregatio S. Pauli primi 40

Eremitæ. Instituta est ab beato Eusebio Strigoniensi, in Regno Hungariæ, ppe urbem Patach, anno 1215. Pontifice Innocentio III. Imperatoribus Occidentis Federico II. Orientis Henrico VII. Confirmavit religionem sub regula S. Augustini, frater Gentilis de monte florum, Cardinalis familie Franciscanæ, Clementis V. apud Hungaros legatus, anno 1308. Deinde Ioannes 22. Clemens successor. Nullus ferè huius familie est nisi Hungarus, induuntur monachi albo panno, scapulari integros humeros contegente, cappa eiusdem coloris, sed quæ medias tibias vix attingat; fuere olim Romæ ad s. Stephanum Rotundum. Agunt de illis Morigia lib. 1. cap. 54. Sylvester Marul. in Ocean. lib. 1. Onuffr. in Chronic. anno 1215. Gualter. in tabula Chronograph. scul. 15. anno 1215. Blovius tom. 3. anno 1216. nu. 3. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. quest. 8. Alia est apud Lusitanos familia S. Pauli Eremitæ, quam appellamus Montis Osse, Serra doña, induita tunica, & cappa Canulina, scapulari nigro, habet apud nos monasteria aliqua, eaq; non ignobilia.

Congregatio Mercenariorum. 41

Instituta à B. Petro Nolasco, nobili Gallo, fautoribus, & adiutoribus, Rege Aragonio Iacobo hoc nomine I. & S. Raymundo de Penafort, ordinis Prædicatorij, Barcinone primaria Cataloniæ urbe, sub regula S. Augustini, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occident. Federico II. Orientis Roberto, alij transferunt ad annum 1223. sub eodem Pontifice.

Confirmata à Gregorio IX. Honorij successore, anno 1230. Utuntur religiosi alba tunica cum capuccio, & scapulari candido, item & cappa alba, ferunt præterea ante pectus arma Regni Aragoniæ; nimirum in clipeo rubras, croceasq; virgas, sive lamellas, cui super imponunt crucem candidam. S. Eulalia Virginis, & martyris, quam Barcino impense colit, cuiusq; sanctissimum corpus in templo maximo apud se retinet. Numerantur huius Congregationis provinciæ octo ab Azor. tom. I. lib. 13. cap. II. quæst. 8. Sunt Romæ ad S. Adrianum in regione Capitolij; vigent maxime per Hispaniam, & Indias Occidentales. Occupantur in redēptione captivorū, adduntq; in professione quartum votum, quod in Saracenorū potestate in pignus (si necesse fuerit ad redemptionem Christi fidelium) detenti manebunt; sunt concepta professionis verba, ut invenies apud Bzovium tom. 13. annal. ann. 1223. num. 10. De hac familia videndum eius Chronicon. Item Natalis Gayer Mercenarijs, lib. de ordine Mercenar. prodicte anno 1468. Franciscus Salazar in Chronic. Mercen. Roman. in repub. christian. lib. 6. cap. 22. Illesc. Pontific. lib. 5. cap. ult. Pineda in Monarch. lib. 22. cap. 23. §. 4. Mariana de rebus Hispaniæ, lib. 12. cap. 8. Garibai in compendio, lib. 32. cap. 6. Arnold. Vyon in ligno vita, lib. I. cap. 49. Sylvestr. Marul. in ocean. lib. 5. pagin. 328. Azor. ubi proximè. Rodrig. tom. I. regular. quæst. 3. art. 13. Miranda in manuali religios. tom. I. quæst. 4. art. 9. Moritur Petrus Nolasco Barcinone, anno 1249. celebrant de eo missæ sacrificium, & officium proprium, aliqua sui ordinis monasteria, maximè in Catalonia, licet adhuc beatificatus, non sit.

42 Congregatio Vallis Scholariorū. Instituta à B. Guillielmo, natione Anglo, qui Parisijs scholaris fuerat, sub regula S. Augustini, anno 1218. Pontifice Honorio III. Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Roberto. Agunt de hac familia Auber-tus Miraeus polit. christ. lib. I. cap. 24. Sylvester Marul. in Ocean. lib. 3. ubi testatur habere Parisijs collegium. Vide plura apud Claudium Robertum in Gallia christian. tit. de Abbatijis, littera V. verbo, Vallis scholariorū.

43 Congregatio Sylvestrinorum. Instituta à S. Sylvestro, Canonico Osimo, Osimo, in agro Piceno, Marca de Ancona, monachus Benedictinus, & sub regula S. Benedicti, anno 1232. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Baldovino II. Induuntur monachi eodem habitu, quo Benedictini, mutato colore nigro in Canusinum, Italiam non egrediuntur, ubi dicuntur habere per Marchiam Anconitanam, Vm-

briam, & Tusciam, 25. monasteria, generalis, qui à principio ordinis perpetuus erat, nunc trien-nalis est. Habent Romæ monasterium ad Sanctum Stephanum ad Caccum. Agunt de hac familiâ S. Antoninus 2. part. histor. iii. 15. cap. 23. §. 2. Casan. in Catalog. part. 4. considerat. 57. Gualter. in tabula Chronograph. facul. 15. anno 1232. Sylvestr. Marul. in Ocean, lib. 3. pagin. 185. Bzovius tom. 13. annalium, anno 1267. num. 20. Azor. tom. I. lib. 12. cap. 21. Festum S. Sylvestri 26. Novembri, quo die Clemens VIII. illum in Martyrologio Romano inseruit, teste Bzovio ubi proximè, licet adhuc canonizatus non sit. Lege Panciroli. in Thesauro, in regione Finha, Eccles. 7. pagin. 833.

Congregatio Servitarum.

Dicitur etiam servorum S. Mariæ, quod Virgini peculiaribus obsequijs addicta sit hæc familia instituta sub regula S. Augustini, à septem nobilibus Florentinis, Patre Buonsilio de Monaldis, P. Amideo, Patre Bonaiuncta, Patre Manetto, Pate Alexio de Falconarijs, Patre Sosteneo, Patre Vgoxonio, anno 1233. iuxta Michaelem Florentinum in Chronic. huius ordinis, ann. I. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Baldovino II. Induuntur religiosi nigris vestibus, ut Benedictini, præter cucullam, sive clamydem, quam non portant, sed tunicam tantum cum scapulari, & pallio. Numerat hæc Congregatio provincias 26. monasteria 300. religiosos super mille, præter 300. monialium domicilia. Azor. tom. I. lib. 12. cap. 23. & lib. 13. cap. II. Sunt Romæ ad S. Marcellum, in regione Trivij. Sub hac Servitarum familia est alia, quam reformatam appellant, sive Montis Senarij, incæpit anno 1593. confirmata est à Clemente VIII. anno 1595. vivit sub eodem Generali, utitur eodem habitu, sed viliori, incedit nudis pedibus. Habet Romæ monasterium ad S. Mariam Annuntiatam. Adi Panciroli. in Thesauro, in regione Montium, Eccles. 64 pagin. 323. ubi invenies montem Senarium, distare à Florentia tertio tantum lapide in monasterio ibi ædificato sepulta sunt septem primorum Patrum familie fundatorum corpora in uno, eodem q; altari. Notabis Martyrologium Romanum 23. Augusti, cum quo multi auctores, vocare S. Philippum Florentinum, familie Servorum fundatorem, sed re vera non fuit, cum quadraginta duobus annis post institutionem ordinis illum ingressus sit, anno nimirum 1275. auxit tamen mirum in modum eandem familiam, ita ut meritè illius institutor haberit possit. Notabis secundò hanc familiam esse unam è mendicantibus Pius V. Constit. 35. Romanus Pontifex. Rodriguez ubi infra. Azor. lib. 12. cap. 23. quæstion. 2. Agunt de Congregatione Servorum Augustinus Florentinus in Chronic. Seruotius Cosimus

Cestinus de Favilla in tract. de recta vita religiosorum. Tractatus inscrip*s* Chronicon, Catalogus, & Dialogus de origine servorum beatae Mariae. Jacobus Laudofilius in Chronic. ordinis, Lucas Ferrinius in additionibus ad lib. septem sanctorum Patrum ordinis fundatorum. Michael Povianus in maius magno ordinis servorum, id est, de eius origine, progressu, &c. usq*z* ad annum 1566. Raphael Missaeus in commentarijs historiae ordinis. Archangelus Giannius Florent. in libello de origine servorum Beatae Mariae, à quo multa decerpit Bzovius tom. 13. Annal. anno 1231. num. 7. Videndi præterea sunt Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. Blozius de signis Ecclesie, lib. 9. cap. 8. Platus de bono status religion. lib. 2. cap. 22. Illesc. lib. 5. Pontific. cap. 45. Gualter. in tabula Chronograph. saeculo 13. anno 1252. pag. 679. Omuffi. in Chronic. eodem anno. Morigia lib. 1. cap. 35. Sylvestr. Marul. in ocean. lib. 4. cap. 30. Cæsar Franciotti de Ecclesijs Luensibus, Ecclesia S. Mariae Servitarum, pag. 562. Azor. ubi proxime. Rodrig. tom. 1. regular. quest 5. art. 6. Consule quoque diplomata Benedicti IX. Constit. 1. in Appendix Bullar. anno 1304. Constit. secundam Clementis VI. anno 1346. Constit. 6. Vrbani VI. anno 1379. in eodem Bullario. De Servitis albi mantelli, alijs ab his, de quibus nunc egimus, & quos extinxit Concilium Lugdunense 2. sub Gregorio X. videndus tibi erit Sanson Huis, in lib. de veritate vita, & ordinis S. Guillielmi. Albert. Miraeus origine Augustin. lib. 1. cap. 19. Crusenus in monastico Augustiniano, p. 3. cap. 3.

45 Congregatio Vallis Caulium.

Gallice Val de chaus, prope Divinionem, Dyon, urbem Gallie, in Ducatu Burgundiæ, instituta sub regula S. Benedicti, à Viardo, viro religioso Benedictino, anno 1240. Pontifice Gregorio IX. Imperatoribus Occidētis Federico II. Orientis Baldovino II. Agunt de hac familia Isobus de Vitriaco in historia Occidentali, cap. 17. Arnold. Vvion in ligno vite, lib. 1. cap. 50. Barnabas Montalvo in Chronic. Astercius tom. 1. lib. 2. cap. 25. Aubertus Miraeus de statu Ecclesie catholic. lib. 1. cap. 24. & de originibus monasticis, lib. 2. cap. 9. & de originibus sancti Benedicti, cap. 64. Claudius Robertus in Gallia christiana, tit. de Abbatij*s*, littera V. verbo, Vallis Caulium. Fr. Athanasius Lobera in vita S. Froilan, cap. 19. Cassan. in Catalog. part. 4. considerat. 58. ubi ait habere hanc familiam paucissima monasteria, utiliusq*e* fore Asterciensi, ordini uniri, cuius, & ipsa habitum gestat, & regulis utitur.

46 Congregatio Cruciferorū per Germaniam, Belgium, & Galliā.

Instituta à viris quinq*z* admodum pijs ordinis ecclesiastici opem ferente Hugone de sancto Charo familiae Dominicanæ Cardinali, tum

temporis per Germaniam legato, anno 1246. Pontifice Innocentio IV. atq*e* ordinem sub regula S. Augustini, confirmante. Cœnobium totius familie caput, situm est in oppido Huis, ad Mosam fluvium in diœcesi Leodiensi, Liege, ubi Praefectus ordinis residet, plura habet per Galliam, Belgiam, ac Germaniam monasteria, de quibus nonnulla Miraeus in originibus Augustinianis, lib. 1. cap. 14. De Cruciferis cum stella rubea per Bohemiam, Moraviam, Silesiam, ac Poloniam, infra suo loco sermo incidet, cum de familijs equestribus agemus, item de Crucigeris cum Navicula, apud Bohemos.

47 Congregatio bonorum hominum.

Instituta sub regula S. Augustini, ab Edmundo, Anglo Ricardi Cornubiæ, Cornualba, Comitis filio (erat is Richardus Henrici hoc nomine tertij Anglorum Regis frater) ann. 1257. Pontifice Alexandro IV. vacante Occidentis Imperio, Orientis Imperatore Michaeli Paleologo. Occasionem ereditati hanc familiam, item multa de monasterio eius capite apud Asuherugium, quintum supra decimum lapidem distante à Londino, Londres, lege apud Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. in fine, & lib. 16. hist. Anglic. Bzovium tom. 13. annal. anno 1257. num. 8. Morigiam lib. 1. cap. 60. Induebantur boni homines, habitu cœruleo eiusdem artis, ac formæ cum eo, quem nigrum portant Eremita S. Augustini. Hodie non existant.

48 Congregatio Celestinorum.

Instituta à S. Petre Moreno, monacho Benedictino, & sub regula S. Benedicti, anno 1274. Pontifice Gregorio X. Imperatoribus Occidētis Rodolfo I. Orientis Michaeli Paleologo. Celestina, dicta est, quod eius fundator S. Petrus Suimins Pontifex electus, Celestinus V. vocari voluit, à Pontificio honore, seu potius honore abiecto, ad nomen pristinum rediit, licet cum nomine honoris familia remanserit. Induuntur monachi alba tunica, nigro capuccio, & scapulari, nigra etiam cuculla, sive clamyde, Benedictinis per omnia simili. Crevit hæc familia per Germaniam, per Hungariam, per Galliam, ubi nunc habet 22. monasteria satis ampla, crevit per Italiam, ubi ad 96. domicilia numerantur. Sylvestr. Marul. in ocean. lib. 4. pag. 309. Habet Romæ monasterium ad S. Euzebium in regione montium. Agunt de Celestinis S. Antonin. 2. part. summa, tit. 16. cap. 1. §. 18. Cassan. in Catalog. part. 4. considerat. 61. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 2. Morigia lib. 1. cap. 36. Gualter. in tabula Chronograph. saeculo 13. anno 1274. pag. 681. Genebrard. Platina, Bellarm. & alij. Chronol. in Celestino V. Bzovius tom. 13. an. 1294. d. n. 2.

Ex scholastic. Azor. tom. I. lib. 12. cap. 21. Rodriguez. tom. I. regul. q. 3. art. 3. Miranda tom. I. Manual. relig. q. 4. art. 2. ubi citat Illesc. in Pontif. p. I. lib. 6. cap. 43, aliter 48. Festum S. Petri Moroni (dictus est Moronus, à monte Moreno, in regno Neapolitano, quæ religiosus incoluit) 19. Maij de eo in Martyrol. Roman. ubi Baron. Surius tom. 3. 19. Maij. Ribadan, & scribentes vitas sanctorum, eadem die, item scribentes vitas Pontificum, sub Celestino V. Historiograph. ad an. 1294.

49 Congregatio fratrum Pœnitentiæ sancte Mariæ Magdalene. Instituta, seu potius renovata à Beltramo, viro Gallo, ac dioecesis Massiliensis, Marseilla, ubi primum monasterium huius ordinis fundatur sub regula S. Augustini, an. 1277. Pontif. Nicolao III. Imperatoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaeli Paleologo. Scribit Crusenius in monast. August. p. 3. cap. 5. durare hodie p Germaniam, Galliam, & Hispaniam hunc ordinem, habitu parum à Capuccinis differente, nisi quod zonis præcingantur. Hęreco an ista familia sit illa eadem, quam Iacobus Amanus, & Franciscus Modius in libello de habitu Ecclesiæ Romanae Lazaritam, sive S. Mariae Magdalene, appellant; hęreco inquā quia habitus non nihil dissimilis est, constans nimis ex albo, & nigro, ut in nigro colore Lazarum mortuum, in albo exsuscitatum significarent. Lege Modij epigram. citato loco.

50 Congregatio Mulierum pœnitentium. Instituta, vel ut credo verius, renovata est ab eodem Beltramo Gallo, superioris congregationis auctore, in Lutetia Parisiorū, sub regula S. August. an. 1278. Pontif. Nicolao III. Imperatoribus Occident. Rodolfo I. Orient. Michaeli Paleologo, est hæc familia quasi asylum, & portus earum mulierū, quæ suis abutebantur corporibus, & meretrices quæstus faciebant, in quem post diuturnā voluptatū tempestatem, recipiuntur. Indumenta albis vestibus, quibus virginitas passim apud superos Apoc. 7. n. 9. insignitur, ut intelligant tantū se pœnitentia consequi posse, ut virginū merita, si non aureolam, adæquent. Lege Crusenium in monast. p. 3. cap. 5. Non credo has mulieres apud Hispanos in receptaculis suis profetiæ veram religionem, idest Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam, quod etiam in exterris nationibus evenire suspicor.

51 Congregatio Charitatis S. Mariæ. Instituta à Guidone Ianuillano, domino S. Georgij, in dioecesi Catalaunensi, Chalon, in provincia Capaniæ regni Gallicani, sub regula S. Augustini, an. 1290. Pontifice Nicolao IV. Imper-

ratoribus Occidentis Rodolfo I. Orientis Michaeli Paleologo. Primum huius Congregationis monasterium sub patrocinio, & tutela S. Lodovici regis Galliæ, ædificatum est in agro Eucherium, in territorio Ianuillæ, prædictæ dictæ, quod hodie viginti sub se habet domicilia, teste Miræ lib. 5. origin. monast. cap. 21. Colunt monachi hujus familie ex instituto suo hospitalitatem, atq; domibus suis pauperes colligunt, & alunt, de habitu nihil lego apud Auctores. Vide Crusenium in monast. p. 3. cap. 10. Miræ ubi proxime.

Congregatio Clericorum hospitaliorum. Instituta à Patre Augustino Navello, Cancellario primum Manfredi regis Siciliæ, deinde Pœnitentiarius, & à secretis cōfessionibus Bonifacij VIII. electus in septimum Generalem Eremitarum S. Augustini, quo munere rejecto hanc familiam erexit Senis, ann. 1300. sub regula S. Augustini, confirmante Bonifacio VIII. Imperatoribus Occidentis Alberto, Orientis Andronico I. Habit omnius est clericalis, institutum, hospitalibus inservire. Durat adhuc hæc Congregatio Senis, & per Italiam, sed non ita frequens. Crusenius in monast. p. 3. cap. 10.

Congregatio Alexianorum. Sic dicta, quod S. Alexium, sibi in patronum delegerit, à pijs quibusdam hominibus, quorum nomina auctores non produnt (conlet omnes fuisse inferioris Germaniæ) instituta, anno Domini 1309. Pontifice Clemente V. Imperatoribus Occidentis Henrico 7. Orientis Andronico I. Utuntur nigris vestibus, & oblonga cuculla, cum ad tumulanda mortuorum cadavera (quæ est ipsorum institutio) procedunt. Hos regulæ S. Augustini, adiunxit Henricus Surde manus, ex familia Eremitica S. Augustini, ut scribit Crusenius in monast. p. 3. cap. 11. Dicuntur etiam hi respillonæ, ab officio sepeliendi mortuos, nullis facris initiantur, ut testatur idem Crusenius. Eiusdem sunt professionis, atq; sub S. Alexio pariter militant Cellitiæ, qui Bruxellis, Antuerpiæ, Lovanij, Mechliniæ, Coloniæ, & alibi mortuorum cadaveribus piam operam impendunt, quos licet ab Alexianis, & respillonibus, distinguat Franciscus Modius in libello de habitu Ecclesiæ Romanae, ego eisdem omnino puto, lege Miræ origin. ordin. S. Augustini, lib. I. cap. 28. Nota apud Auctores maximè Belgicos inveniri monasteria nigrarum sororum, ab habitu nigro, quem portant, sic appellatarū, quarum institutum est sedulo morientibus, & agrotantibus adesse, secunduntur regulam S. Augustini, & Ordinarijs subduntur. Miræ, & Crusenius ubi proxime.

Congre-

54 Congregatio Olivetanorum.
 Sic dicta à monte Olivarum in comitatu Ilcensi, nomine Alcino, non longe à Senis, ubi primum eius monasterium erectum, instituta sub regula S. Benedicti, à tribus nobilibus Senensibus, Bernardo Ptolomeo Philosophia professore, Ambroso Piccolomino, Patricio de Patricijs, anno 1319. Pontifice Ioanne XXII. qui anno 1324. ordinem confirmavit, ut constat ex Constit. 1. in Appendice Bullar. edit. 2. Imperatoribus Occidentis Ludovico IV. Orientis Andronico I. Dicuntur huius congregationis religiosi per Italiam monachi albi, quod nullis nisi albis vestibus utantur. Habent per Italiam, & Siciliam plusquam sexaginta monasteria, amplissimum est S. Michaelis in Nemore, vulgo, in Busco, Bononiæ, habet etiam duo in Hungaria, eorum Generalis ultra triennium non creatur. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 5. pagin. 343. Sunt Romæ ad S. Mariam nouam in regione Montium. Agunt de hac familia S. Antonin. 2. part. tit. 16. cap. 1. §. 2. Cassan. in Catalog. 4. part. considerat. 58. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 1. Gualter. in tabula Chronograph. secul. 14. pag. 699. apud quem Genebrardus, Morigia lib. 1. cap. 37. Bellarm. in Chronol. anno 1373. sub Gregorio XI. Plato de bono status religios. lib. 2. cap. 22. Hieronym. Romanus in repub. christian. lib. 6. Pineda lib. 22. Azor. tom. 1. lib. 12. cap. 21. Rodrig. tom. 1. regular. quest. 3. art. 3. Miranda tom. 1. Manual. religios. quest. 4. art. 2. Nota discrepantes nimium esse auctores in designanda huius familiæ erectione, quo nimatum anno contigerit, nos veteribus ducti coniecturis annum 1319. designavimus.

55 Congregatio Jesuitorum S. Hieronymi. Instituta à S. Ioanne Columbinno Genensi, sub regula S. Augustini, & patrocinio S. Hieronymi, anno 1354. Pontifice Innocentio VI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Præter S. Augustini regulam habet hæc familia proprias sibi constitutiones, quas accepit à D. Ioanne de Tosinhano episcopo Ferrarensi, eiusdem ordinis religioso. Dicuntur passim Jesuati, vel quoddam à laetentibus pueris in primordio religionis vocari solerent, non sine miraculi suspicione, vel quoddam frequens esset in ore primorum patrum fundatorum Jesus nomen, à quo Jesuati dicti sunt. Utuntur alba tunica, scapulari, & pallio canusino, unà cum capuccio eiusdem coloris, quod à cervice ligunlam, sive fasciam ad scapulas dimittit. Ferè nullus in hac familia sacris initiatitur; nec in choro recitabatur horæ canonice, sed aliter iam nunc est à Clementis VIII. & Pauli V. Pontificatu, nam & sacris initiantur, & in choro publicè recitant officium divinum. Possident per Italiam ad

33. monasteria, in quibus 600. ferè religiosi habitare dicuntur. Religio caput unum non habet, gubernatur duplaci visitatore, Tuscio uno, Insubrie altero, Azor. 19m. 1. lib. 13. cap. 11. Habet Romæ monasterium ad S. Ioannem, & Paulum, est una ex mendicantibus, Pius V. Constit. 35. Romanus Pontifex 48. Apostolica Sedis. Suar. 10m. 4. de religion. trac. 9. cap. 8. nu. 13. Agunt de hac familia Genebrardus in Vrbano V. Gualter. secul. 14. pag. 701. Illeso. 2. part. lib. 6. cap. 6. Roman. lib 6. de repub. christian. cap. 22. Plato de bono stat. religios. lib. 2. cap. 22. Onusfr. in Chronic. anno 1367. Morigia eiusdem religiosus, in Chronic. Jesuat. & de origine religion. lib. 1. cap. 38. Sylvester Marul. in Ocean. lib. 5. pagin. 349. Bellarm. in Chronol. anno 1362. Festum S. Ioannis Columbini 31. Iulij. Vbi Baron. in notis Martyrol. Hypolitus Salvianus in eius vita, Roma edita anno 1558. Italè. Nota Sanctum Ioannem Columbinum. & S. Ignatium de Loiola, ambos incidere in eandem diem, Columbinus, fundator est Jesuitorum, Loiola Jesuitarum.

Congregatio Sanctæ Birgittæ. 56

Instituta ab eadem S. Birgitta, sub regula S. Augustini, & constitutionibus proprijs, quas à Christo Domino accepit anno 1368. Pontifice Vrbano V. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Monasteria huius familie in multis locis sunt duplia, id est virotum, & fœminarum, interdicto affatu, & aspectu, murorum septo, ne sit transitus ab uno in aliud claustrum, eadem vivuntur Ecclesia, fœminæ superiori choro è regione facelli majoris, viri inferiori, id est eo, qui post altare maius collocatur: omnibus una imperat. Abbatisa. Sacerdotum habitus canusinus, cù cruce rubra in pectore, in medio cuius sit alba hostia, Diaconorum, eiusdem coloris cum circulo in pectore ex albo pano, quatuor vitis, sive ligulis inter medijs ex rubro: Laicorum pilleum canusinum cum cruce alba, Virginum, sive Monialium velum nigrum, superposita corona eo artificio, ut in ea appareant quina Christi vulnera, ferunt præterea anulum in dito, ut veræ Christi sponsæ. Videndi de hac familia in primis Bulla canonizat. S. Birgittæ quæ est Constit. 5. Bonifacij IX. in Bull. edit. 2. Martinus 59. in Constit. excellentum. Nauclerus volum. 2. gener. 46. Polydor. de invent. lib. 7. cap. 4. Gonçalus Durandus in Comment. revelat. S. Birgittæ, lib. 4. cap. 49. in notis, & cap. 137. & in proemio ad regulam S. Birgittæ, Alphonsus de Mendoca in Quodlibet. quest. 5. Gualter. in tabula Chronograph. secul. 14. pagin. 699. Morigia lib. 1. cap. 55. Sylvester Marul. in Ocean. lib. 5. pagin. 319. Festum S. Birgittæ 23. Iulij, de ea Baron. in notis, eiusdem diei. Surius tom. 4. eadem die.

57 Congregatio S. Hieronymi per Hispaniam. Instituta sub regula s. Augustini, & patrocinio S. Hieronymi à Domino Petro Fernandez nobili Castellano, Petri Regis Castellæ, quem Crudelem appellant, intimo quondam, & maiori cubiculario, anno Domini 1370. Pontifice Urbano V. Imperatore Occidētis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Caput huius familie est monasterium S. Bartholomæi de Lupiana, in Toletana diœcesi. Utuntur monachi tunica alba, scapulari, & capuccio Canusino, capucium strictum est, & rotundum ea parte, qua caput contegit, pallium item Canusinum crispatur, & undulatur ad collum, eo utuntur, cū foras procedunt. Habet hæc familia plura, & pulchra monasteria per Hispaniam, in Lusitania celebriora sunt Bethlemiticum, prope Olyspōnem ad fauces Tagi, Peralonga, Pena, S. Marcus prope Conimbricam, Collegium Conimbricense, Vimaranicū, & alia. Regitur hæc familia uno Generali, qui semper est Lupiana. Agunt de illa in primis, qui eius Chronica scripsit Fr. Iosephus de Ciguencia, Hyeronymus Romanus in repub. christiana, lib. 6. cap. 29. Plat. de bono stat. religios. lib. 2. cap. 22. Sylvest. Marul. in Ocean. relig. lib. 3. pag. 198. Eduard. Nonius de Leam in Chronic. Regis Ferdinandi Lusiani, ubi ait primum huius ordinis monasteriū Pere Longe, apud Lusitanos, fundatum fuisse à Rege Ioanne primo, anno 1400. Emmanuel Rodriguez. tom. 1. regul. q. 3. art. 10. Miranda tom. 1. Manual. relig. q. 4. art. 1. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. Suar. tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. Feltum S. Hieronymi 30. Septembbris, de eo Baronius, Surinus, Ribadaneira eadem die.

58 Congregatio Clericorum vite cōmunis. Instituta sub regula s. Augustini, à Gerardo Daventriensi. (Est Daventria urbs episcopalís inferioris Germaniæ, ad Isulam fluvium sita, atq; Traiectensi Archiepiscopo suffraganea) ann. 1371. Pontifice, & confirmante Gregorio XI. Imperatoribus Occidentis Carolo IV. Orientis Calo Ioanne. Appellati sunt vñ & cōmunis huiusmodi homines, quod in cōmune vivant Apostolorum more, ut videre est Ad. 1. nn. 32. Cæterum cōmunia, & viris, & foeminis fuisse humusmodi monasteria, adhibitis clarris, & repagulis, propter honestatem, lego apud Crusenū in monast. Augustiniano p. 3. cap. 19. adducens in exemplum Pas- faniense, Pollingense, Ransdorffense, in Bavaria. Item clericos hos celebres habuisse per Germaniā scholas ad erudiendam iuventutem, scribit Miratus in origin. S. Augustini, cap. 27. Obiit Gerardus, (quem ob insignes animi dotes, & testatam omnibus virtutem, ac doctrinam magnum cognominarū) non anno Domini 1376, ut scribit

Miratus ubi proximè, sed post 1384. quo illū vivere testatur Poſevin. in apparatu, verbo, Gerardus, & Tuthemius. Appellatur ab Auctoriis nonnūquam huius familiæ viri Ambrosiani, Gregoriani, Hieronymiani. Sed causam ignoro penitus, si forte à peculiaribus cœnobij S. Ambrosij, S. Gregorij, S. Hieronymi, hoc modo non audiunt. Fere nulla eorum monasteria hodie iam persistant, præter illa, quæ Coloniae, Vestaliæ, & Sylvæ Ducis Bolduc cernuntur. Existimo tamen hos nunquam fuisse verè religiosos, sed tantū clericos sacerdotes, in cōmune viventes. Lege præter citatos Morigiam lib. 2. cap. 61. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 3. pag. 197.

Congregatio Canonic. regul. Gronodael, idest, Vallis viridis. Putat Sylvest. Marul. in Ocean. religion. lib. 1. pag. 38. Congregationem hanc sic pictam ab ipso loco Gronodael, in diœcesi Cameracensi Cambras, ad Scaldem fluvium, sed de anno, & institutore huius familiæ omnino sileat, nec extra Germaniā diffundi existimat. Cæterum Gabriel Pennotius hist. tripart. lib. 2. cap. 66. nn. 2. antiquorem putat hanc Congregationem, tu illum lege, ac rationes ipsius expende. Erant hi Canonicī Lateranensisbus per omnia similes. Meminit huius Congregationis Poſevinus in apparatu, verbo, Joannes Visbroch, & Joannes Schonhoven, celebres illius alumni.

Congregatio S. Hieronymi per Italiam. Instituta à quodam Petro Lupo Olmeto, familiæ S. Hieronymi p Hispaniam monacho, sub regula S. Hieronymi, quæ ipse Olmetus decerpit ex operibus ipsius sanctissimi Doctoris (est hæc regula tom. 9. S. Hieronymi, habet p̄ prefixam adnotationem Mairini Victoris, ubi nonnulla de laudibus Olmeti, quem ipse, nescio an ex typographorum incuria Olivetum appellat) anno 1380. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Utuntur monachi eodem habitu, atq; Hispani. Sunt Romæ ad S. Alexium in regione Ripæ, habent non multa per Italiam monasteria, sine ulla ab Hispanis dependentia. De illis Morigia lib. 1. cap. 46. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 5. pag. 366. Azor. tom. 1. lib. 13. cap. 11. Suar. tom. 4. de relig. tract. 9. lib. 2. cap. 5. nn. 9.

Congregatio S. Hieronymi in Pisis. Instituta à nobili viro Pisano (inde in Pisis dicta) Petro Gambacorta, sub regula s. Augustini, & patrocinio s. Hieronymi, anno 1380. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Primum huius Congregationis monasterium, caput,

Caput familiæ est apud Cessanam in territorio Vrbini, appellant Montem belum, ob loci amoenitatem, monachi à Pio V. professionem faciūt, utūt tunica, scapulari, capuccio, pallio canusino, reiçiant ab humeris vittam, sive ligulam eiusdem coloris, quam subtus pallium gerunt, cum foras procedunt, ferent illum habent monasterium extra Marchiam Anconetanam, & Trivisanam. Lege de his Sylvestr. Marulus in Oceano lib. 5. pag. 345. Morigiam lib. 1. cap. 41. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 11. Rodrig. tom. 1. regular. questione 3. art. 9.

62 Congregatio Canonicorum Regularium Vvindesemensis.

Est Vvindesheim prædium tertio à Daventria Germanie inferioris urbe, lapide, ad Iculam fluuium sita, collocatum prope Zuvollā Traiectensis diæcesis oppidum. Hic erectum visitur monasterium eiusdem nominis, sub invocatione B. Virginis Mariæ, à Gerardo magno, (de quo n. 58.) & Ioanne Bussebroe, ædificatum anno 1387. Pontifice Urbano VI. Imperatoribus Occidentis Venceslao, Orientis Andronico III. Addidere se brevi temporis spatio huic monasterio cōgregationis Vvindesemensis capiti, in sola Germania inferiori, ac tractu Rhenano centum viginti virorum monasteria, fœminarum triginta, plura horum numerat Miraeus ubi infra. Ceterum scribit Crusenus in monastico Augustiniano p. 3. c. 21. se ex auctoritate sedis Apostolicæ. (est Crusenus familiæ eremitice Augustinianæ alumnus, vir muneribus & litteratura in ordine satis notus, vivebat anno 1628) anno 1622. interfuisse capitulo generali huius familiæ Tougris, Touger, congregato, ac ibi vix numerasse viginti Priores, ex quibus nonnulli solum titulum gerebant, addit tamē hos disciplinæ regularis valde esse observantes. Lege de hac fama librum, quem vocant Ordinarium diuini officij, & constitutionum capituli Vvindesemensis, editum ultra, anno 1552. Mitem in originib[us] Canonic. regular. cap. 13. Penit. hist. tripart. lib. 2. cap. 62. 63. 64. & 65.

63 Congregatio Sancti Hieronymi in Fessulanis.

Sic dicta, quod Fessulis nobili quondam Tusciæ urbe, cuius nūc vestigia vix extant, nō longe à Florentia, incèperit instituta à Carolo Romano montis Garnelli oppidū est ad radices Apenini, quinque leueis distans à Cesena) comite, sub regula S. Augustini anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Utuntur eius monachi habitu canusino, pallio ad collum rugato, sunt Romæ ad Sanctum Vin-

centium, & Anastasium, in Regione Trivij. Agunt de hac familia Sylvestr. Marulus in Oceano lib. 4. pagin. 327. Morigia lib. 1. cap. 42. Onuffrius anno 1405. Genebrard. in Gregorio 12. Gualter. in tabula Chronograph. saculo 15. pag. 717. Polyd. de invent. li. 7. cap. 3. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 11. Corpus Cato-li honorifice colitur Venetijs in monasterio S. Maria de gratia, caput in monasterio Festulano, cum adhuc in albo sanctorum adscriptum non sit.

64 Congregatio Clericorum regularium Frigionariæ.

Sic dicta à monasterio Sanctæ Mariae in sylva Frigionaria (sunt Frigiones aves quædam in Italia) cui multitudo Frigionum illac se recipientum, nomen indidit, non longe à Luca, instituta à Patre domino Bartholomeo, ex nobilissima Columnensium familia, & à Patre Iabo de Avogrado, Bononiensi doctore emerito, familiæ Prædicatorum quondam religioso laico anno 1406. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Collocata est hæc familia ab Eugenio IV. in ecclesia S. Ioannis Lateranensis in urbe, iussaque est à Frigionaria dici Lateranensis, cum Lateranensium Canonicorum fuerit reformatrix, quod nomen adhuc retinet, utitur eodem habitu, quo Canonici Lateranenses. Sunt Romæ ad S. Mariam de Pace in Regione Pontis. Habent multa, præclara per Italiani monasteria, quæ videre poteris apud Pennorum hist. tripart. lib. 3. cap. 8. per totum. Lege præterea Morigiam lib. 1. cap. 8. Sylvestr. Marulus in Ocean. lib. 1. pag. 4. Azor tom. 1. lib. 12. cap. 22. Rodrig. tom. 1. regul q. 3. art. 1. Recurre ad num. 9. supra.

65 Congregatio Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris.

Sic dicta à primo monasterio, quod habuit sub oraculo Salvatoris in Sylva lacus, non longe à Senis, instituta à Fratre Stephano Eremita Sancti Augustini, anno 1408. Pontifice Gregorio XII. Imperatoribus Occidentis Roberto, Orientis Andronico III. Appellatur nonnunquam hæc familia Scopetina à monasterio quod initio suæ institutionis, habuit prope muros Floretiæ, sub nomine S. Donati Episcopi Fessulani de quo Baron. 22. Octobris ad notas Martyrolog. Utuntur Canonici Sancti Salvatoris eisdem vestibus, atque Canonici Lateranenses, præter quam quod pallium nigrum deferunt, cum foras procedunt, possident ad quadraginta monasteria per Italiam, Generalis triennium non non excedit. Sunt Romæ ad Sanctum Petrum ad vincula. Agunt de illis quotquot pro canonicis regularibus citavimus, numer. 5. Vide etiam

73 Congregatio Clericorum regularium Theatinorum. Instituta anno 1524 sub regula Sancti Augustini à Ioanne Petro Garrafa episcopo Theatino Chiete, in regno Neapolitano, inde eius clerici dicti Theatini, Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Profiteretur hæc familia, tum in communis, tum in particulari paupertatem, nec eleemosynas ostiatis petit, sed vivit tantum ex sponte oblatis, & allatis sibi à fidelibus: utuntur religiosi habitu clericali, & in caligis tantum est differentia à PP. Societatis Iesu, cum Theatini caligas portent albas. Hinc Iesuitæ per Hispaniā Theatini appellantur, multa per Italiam habent domicilia, nulla fere extra illam, habent Generalem Praepositum ad triennium. Sunt Romæ ad S. Sylvesterum in monte Quirinali, nunc Carallo ad S. Andream in valle. Leges de hac familia Baptistam del Tutto episcopum Accerranum in eius chronic. Italè, Baptistam Castaldum Theatinum, in vita B. Caietani Tieni, eiusdem familie alumni, Bellarmin. in Chronic. eodem anno 1524. Gualt. in tabula Chronograph. scul. 16. pag. 557. ubi Onusfr. & Genebr. Andreas Stella somaschinus in vita Hieronymi miane lib. 3. Italè. Errat tamē dum creationem huius familie reijcit ad annum 1528. quod etiā facit Emmanuel Rodrig. Itajm citandus, Ioannes Petrus Iussanus in vita S. Caroli lib. 2. cap. 19. Italè. Morigia lib. 1. cap. 76. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 5 pag. 368. Romanus in repub. christiana lib. 6. capit. 32. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 11. questione 8. Rodrigues tom. 1. regul. questione 3. artic. 14. De fundatore Ioanne Petro Garrafa, qui postea creatus summus Pontifex Paulus 4. dictus est, videbis, qui de vitiis Pontificum scribunt, Chaconiū, Illescam, Onusfrum, item historie universalis, præcipue Mambri. num Roseum lib. 6. part. 3. anno 1555. Baptistam Castaldum in vita Pauli 4.

74 Congregatio Clericorum regularium Sancti Pauli decollati. Dicta S. Pauli, quod cum præcipue elegerit in patronum, instituta à tribus nobilibus Mediolanensibus Iacobo Mongia, Francisco Maria Zacharia, Bartholomeo Ferrara, anno 1526. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. Dicuntur huius familie religiosi vulgo Barnabetae, à domo S. Barnabæ Apostoli, quam primam Mediolani habuerunt, utuntur co habitu, quo PP. Societatis, tantum ferunt collaria ex lino, vel ex byssō. Hobent domicilia duodecim per Italiam, reguntur Praeposito Generali. Sunt Romæ ad Sanctum Paulum decollatum in regione Columnæ, & ad S. Carolum ad Catinarios in regione Regula, De

illis Morigia lib. 1. cap. 66. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 5. pag. 399. Ioannes Petrus Iussanus in vita S. Caroli Cardin. lib. 5. cap. 11. Bellarmin. in Chronic. anno 1533. fortassis, quia eo anno admissi sunt ad professionem à Clemēte VII. ut videre est videre est in cons. 7. eiusdem Pontif. in bul. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 11. questione 8. vide etiam Conf. S. Pauli III. & Constit. 10. Iulij III. in eodem bul. edit. 2.

Congregatio Clericorum regularium Somaschinorum. Sic dicta à quodam oppido inter Mediolanum, & Comum Somasca, ubi primum eius domicilium erectum, initituta à B. Hieronymo miane nobili Verneio, anno 1528. Pontifice Clemente VII. Imperatore Occidentis Carolo V. tyranno Orientis Solymano. Appellantur eius religiosi nonnumquam Clerici S. Maioli, nimurum, quia eius caput erectum est Papiae sub nomine, & nomine S. Maioli, de quo Martyrol. Romanum 11. Junij, ubi Baronius in notis illius diei. Confirmavit hanc familiam adhuc non professam, Paulus III. anno 1540. Cons. 21. bul. admissit ad professionem Pius V. Cons. 78. tradidit ei curā sui Collegij in Urbe, quod Clementinum appellant, Clemens VIII. anno 1593. Utuntur eius clericis habitu per omnia simili PP. Societatis Iesu, numerant per Italiam ad viginti domicilia, extra illam nulla, habent Praepositorum Generalem per triennium. Sunt Romæ ad S. Blasium in monte Citorio. De hac familia Andreas Stella Somaschinus in vita Hieronymi Miane, Italè, Morigia lib. 1. cap. 68. Sylvest. Marul. in Ocean. lib. 5. pag. 394.

Congregatio fratrum Ioannis de Deo Lusitani. Instituta S. Viro Ioanne de Deo Lusitano, ex oppido montis maioris in diacesi Eborense, sub regula S. Augustini anno 1538. Pontifice Paulo III. Imperatore Occidentis Carolo V. Orientis tyranno Solymano. Confirmavit hanc congregationem Pius V. sub obedientia Episcoporum ubicunque gentium essent. anno 1572. Cons. 13. Clemens VIII. instituit ut votū emitterent serviendi infirmis in suis hospitalibus, anno 1598. Cons. 44. admissit ultimō ad professionem Paulus V. anno 1611. Cons. 65. in illa emittunt quartum votum serviendi in hospitalibus familie sue. Utuntur tunica, & scapulari cinericij coloris. Vocantur per Italiam fate fratelli, quod his vocibus uti soleant in colligendis eleemosynis. Tota congregatio divisa est indunas, Hispanam unam, Italiam alteram, utraque habet generalem suum, dubito triennialis, an sexenalis sit. Provincias, & domicilia per Hispaniam, numerat Fater Dominus, Anterius

nus de Gouyea Episcopus Cyrenensis in vita Ioannis de Deo, sunt Romæ ad S. Ioannem Colabitam. in regione Ripæ. Lege de his Sylvest. Marul. in Occiano lib. 5. pag. 430.

77 Congregatio Clericorum regularium Societatis Iesu. Instituta à S. Ignatio de Loiola nobili Cantabro anno 1540. Pontifice Paulo III. qui hoc ipso anno, 27. Septembris (appellant PP. societatis natalitium suæ religionis eiusque memoriam solēniter quotannis observant) societatem confirmavit, cum limitatione, ut non plures essent religiosi, quā sexaginta, quam tum postea absuluit, & sine limitatione ulla confirmavit anno. 1545. 12. Martij, auxit præterea amplissimis privilegijs anno 1545. 3. Iunij, & anno 1546. 5. Iunij. 1549. 8. Octob. Confirmarunt eadem successores Iulius III. Pius IV. Pius V. Gregor. XIII. Gregor. XIV. Paulus V. ut videre est in eorum constitutionibus collectis in libello particuliari qui inscribitur litteræ apostolice, quibus institutio, confirmatio, & varia privilegia continentur societatis Iesu, Roma anno 1606. Et hæc familia in tres quasi classes divisa, primam appellare possumus religiosorum approbatorum, continet omnes, qui exacto biénio novitiatus, vota scholasticorum emittunt, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, simplicia tamen, sive isti futuri sint sacerdotes, sive in statu laicali remansuri, titulo Coadiutorum temporalium.

Secundam Religiosorum formatorum. In hoc sunt Coadiutores, quos vocant spirituales, in spiritualibus exercitijs, circa proximos occupatis, in audiendis confessionibus, celebrandis, & ministrandis sacramentis, pacificandis dissidentibus, &c. Fiunt hi ex scholaribus primæ classis. Sunt etiam in hac secunda Coadiutores temporales formati, id est qui gradum hunc habent, in quo consistat, cum tribus tantum votis simplicibus castitatis, &c. Nec ipsi, nec Coadiutores spirituales formati, aliquid addunt substantiale supra primæ classis hominibus, nisi quod incapaces sunt dominij, condendi testamenta, hereditates adeundi, dum sunt intra societatem, nam ab ea expelli possunt, ut quotidie expelluntur, sed gravioribus ex causis.

Tertiam Professorum, quorum duplex genus est. Alij sunt profesi trium votorum soleniū, Castitatis, paupertatis, &c. Alij quatuor votorum minirum quia tribus ordinarijs Castitatis, paupertatis, & obedientiæ, addunt quartum, circa missiones, ex summi Pontificis decreto. In his præcipue sita est societas, legendo, concionando, disputando, proximum iuvando, tum inter fideles, tum inter infideles ætatem absument. Alia etiam profesi, post ipsam professionem

vota simplicia emittunt, ut non ambiēdi dignitatem ullam, nec in societate, nec extra societatem, non acceptandi illam si offeratur extra societatem, nisi obligetur ab eo, qui possit: non cōsentendi, ut paupertas societatis relaxetur, sed curādi, ut sēper stringatur, manifestādi Præposito Generali societatis, vel societati ipsi qui dignitates ambierint: audiēdi cōfilia Generalis, vel illius, quē ipse deputet, ad rectā animi, & officij suitationem quando sibi sua meliora non visa fuerint, si eligi contingat in dignitatem aliquam extra societatem. De his omnibus latissime Sanch. tom. 2. decal. lib. 6. cap. 18. per totum. Suar. tom. 4. de religione tract. 10. lib. 6. à cap. 4. usque ad 11. Habitus PP. societatis, notissimus est. Habebat societas anno 1608. ut testatur Ribadeneira in libello scripto societ. Iesu editionis Lugdunensis anno 1609. Provincias 29. cum duabus vice provincijs, domos professas 21. Collegia 293. domos probationis, sive novitiorum separatas 33. domos, & residencias 96. socij pene quindecim millia subest tota familia uni Generali, eique perpetuo, & à quo Præpositi domorum professorum, Rectores Collegiorum, Provinciales item eleguntur.

Habet plura Romæ domicilia, prima sunt Iesu magnus. Collegium Romanum, Domus probationis S. Andrea ad montem Quirinalem. Agunt de societate eius historici, Nicolaus orlandinus, & Franciscus Sachinus. Ribadeneira in libello de instituto Societatis Iesu in vitiis trium Generalium, & in libello scripti societatis. Litteræ anniae eiusdem societatis Francisci Benetij, Antonij valtrini, Francisci Caretonij, Sebastiani Berretanij, Feliberti Moneti, & aliorum, Masseus in vita S. Ignatij. Antonius Turselinus, & Ioannes de Lucena in vita S. Francisci Xaverij, Andreas Scotus in vita B. Francisci de Borja. Item Apologia Ricbomi pro societate, Iacobus Gretserus in lib. quinque apologeticor pro vita S. Ignatij, Franciscus Turrianus in apologetis pro societate, Franciscus Bonavent. in extravagante. Greg. XIII. Ascendente domino Carolus scribarius in Amphiteatro honoris contra Calvinistas. Egydius Schondoncius in sicca tragica contra Lugdonobutavos. Latissime Sanch. tom. 2. decal. præsertim lib. 6. cap. 9. à num. 60. & cap. 18. per totum, & lib. 7. cap. 1. à num. 31. usque 39. & cap. 2. à num. 52. & cap. 8. à numer. 22. & cap. 18. à num. 23. & cap. 27. per totum c. 29. per totum Suar. tom. 4. de religion. tractat. 10. per totum. Valentia apolog. pro societate. Azor tom. 1. lib. 13. cap. 7. omnes ex eadē societate, & plures alijs, quos fastidium esset dinumerare. Festum Sandi Ignatij 31. Iulij, de eo Ribadeneira, & Masseus citati.

78 Congregatio Pænitentiæ Sancti Ioannis Baptiste. Floret hæc congregatio prope urbem Pompeionensem regni Navarræ

vārē caput, fuere multis annis religiosi ordinatio illius urbis subiecti, sed Eremitarū more tunc vivebant, sed non professi. Nunc à Pontificatu Gregorij XIII. proprijs vivunt constitutionibus quinque eremitorū vivētes, habitus canusinus est, ex pano, vili & aspero, pluta scire nō potui de hac familia, hæc defūpsi ex Sylvest. Marulo in Occeanō lib. 3. pag. 205.

79 Congregatio Clericorum regularium, quos appellant ministros infirmorum. Instituta à quodam sacerdote Neapolitanō ex oppido Bochianico, diæcesis Theatinēsis, in regno Neapolitano, Camillo de Lellis, egregiæ sanctitatis viro, anno 1586. Pontifice Xixto V. qui illam eodem anno approbavit, Imperatore Occidentis Rodolfo. 2. tyranno Orientis Amurate 3. Habet hæc familia multa delumpta à PP. societatis, in primis noviciatū per bienum, professionem quatuor votorum, castitatis, paupertatis, & obedientiæ, item serviendi agrotis etiam pestilentia laborantibus, addunt deinde professi vota quatuor simplicia, primū non consentiendi, ut quidquam mutetur in modo serviendi infirmis sibi à bullis apostolicis decreto 2. non consentiendi, ut redditus hospitalium ab ipsis possideantur 3. non procurandi, nec acceptandi aliquam prælaturam vel dignitatem intra, vel extra religionem, nisi imperentur sub peccato ab eo, qui imperare possit. 4. manifestandi religioni, seu consultæ, quam maiorem appellant, si quē sciant huiusmodi prælaturas, ac dignitates procurare. Domus professæ huius familie nō possunt habere redditus, nec bona stabilia, si excipiatur locus aliquisputa villula, in qua senes, & agroti spatiari possint, & à laboribus recreari. Habitus convenit cum PP. societatis, distinguntur tamen ab ijs cruce, quam ex pano canusino in pallio ad dextrum latus circumferunt. Divisa est familia in quinque provincias per Italiam & siciliam, ubi sexdecim habet domicilia, paret uni Præposito Generali electo ad sexennium, à quo superiores omnes eliguntur, cum voto tamen decisivo ad maiorem numerum quatuor consultorum, qui illi semper assistunt. Habent Romæ domicilium ad S. Mariam Magdalenam, à qua Clerici Magdalena per Italiam nunçupantur. Hæc omnia ex Sartio Cicatello huius familie religioso in vita fundatoris Camilli de Lellis, quam Itale edidit Vetrobijs anno 1615. maximè lib. 3. c. 19. Vide præterea Const. Xisti 5. 25. Gregorij XIV. 17. Clement. VIII. 71. in bul. 2. edit. Sylvest. Marul. in Occean. lib. 5. pag. 429. Rodrig. tom. 1. regul. quest. 3. art. 15.

80 Congregatio Clericorum re-

gularium Sæctæ Mariæ de Luca.

Instituta in eadem urbe sub regula S. Augustini, à quodam sacerdote eiusdem diæcesis ex oppido Decimo Ioanne Leonardi nomine, anno 1595. Pontifice Clemente VIII. qui eodem anno illam, adhuc sine votorum obligatione, confirmavit, admisit ad professionem Gregorius 15. anno 1621. utitur eodem habitu quo patres societatis Iesu. Habent adhuc pauca per Italiam domicilia, Romæ sunt ad S. Mariam de Campitelli, ad S. Mariam in Porticu, ad S. Mariam Matrem Dei, in regione Trivij. Agit de hac familia Caesar Franciotti eius alumnus in historia sacra Lucensi, in ecclesia Sancta Maria ad Curiam Orlandi.

Congregatio Clericorum regularium minorum. Instituta à quodam sacerdote

Genuensi Augustino Adorno sub regula propria anno 1588. quo illam confirmavit Xixtus V. Imperatore Occidentis Rodulfo II. Orientis tyranno Amurate III. utitur habitu clericali ex pano vili, sunt per Italiam, Madriti, atque Olysipone iam vivere incipiunt. Sunt Romæ ad S. Laurentium in Lucina, ad S. Agnetem in Navona. Lege de his bul. Xixii V. 81. Gregorij XIV. 2. Sylvest. Marulum in Occeanō lib. 5. pag. 437.

Congregatio Clericorum regularium vulgo Scholæ piæ. Vo-

cant hoc nomine Scholæ piæ, quod præcipuum eorum institutum sit pueros pauperes artem legendi, & scribendi docere, nec non prima grammatices elementa, & hoc gratis, nec ullo spectato emolumento, de quo votum speciale emitunt in professione. Instituta à Iosepho Galezentis, regni Aragonici anno 1614. Pontifice Paulo V. Imperatore Ferdinando II. Admittitur ad professionem ex Gregorio XV. anno 1621. utuntur habitu clericali, honesto, atque ex viatori pano, incedunt nudis pedibus. Generalis est ad novenium, quia tamen primus, & fundator, adhuc vivit hoc anno 1628. credo, quod perpetuus sit. Habent adhuc pauca per Italiam domicilia. Sunt Romæ ad S. Pantaleonem in Pasquino, item in monte Quirinali prope S. Andream societatis Iesu, ubi eorum novitijs instruuntur. Agit de hac familia Constitutio Gregorij XV anno 1621. Panciroli. in thesauro in regione Pacionis, ecclesia 80. pag. 787.

Congregatio Sancti Antonij Abbatis in Flandria. Instituta hac no-

stra ætate sub Pontificatu Pauli V. Data est ei regula S. Anto-

ni Augusti-

Augustini anno 1615. ab eodem Pontifice, pleneque eius unicum monasterium Castaleum subiectum est provinciali Belgico Augustiniano, salvis tamen eiusdem instituti constitutionibus, & privilegijs, & procurante eiusdem cœnobij tum temporis superiore Antonio Thuano. Adi *Cruserum in monasterio Augustiniano part. 3. capit. 48.* Plures fortassis erunt Congregationes religiosæ, sed de potissimum à me scriptum esse videbit lector, ceteræ, quæ ita note non sunt manifestari fugiunt, nec in lucem sponte se dant, aliquas nominat *Iodocus Amanus in libello suo de habitu Ecclesie Romana*. Ibi videri possunt.

Supererat varia variarum fæminarum monasteria sub diversis regulis describere, sed quoniam fere omnia ad instar virorum professionem emittunt, habituque mille distincto coloribus, & propemodum infinitis distinguuntur. Iudicavi satius supersedere huic importunæ operationi, ne labor, & cassus, & inexhaustus foret. Dummodo aliqua latem in genere prælibemus infra ad cap. Recatum distin. 81. Interim præter ibi citatos circa alias peculiares quæstiones consule *Mirandæ in Manual. prælat. tomo secundo tractat. de sacris monialib. quæstione 4. articul. primo conclusione 2. Sorb. in compend. Mend. verbo, ingredi monasteria, Campaniæ in diversi. iuris Canonie. rubric. 12. cap. 16. numer. 43.* ubi multos refert. Ego ad militares gradum facio, & in primis ad religiosas, quarum antiquior est.

Congregatio militaris Sancti Lazari. Instituta à *Sancto Basilio Magno, Neocasarea Ponti Episcopo*. anno 361. Pontifice Felice I. Imperatore Iuliano Apostata, eius institutum, hospitalitatem coletere, pauperibus in nosocomijs inservire: habitus, crux viridis octogona, sive eius formæ, qua utuntur Melitenses. Addita sunt huic ordinis arma, & ex hospitalibus translatus est ad acies, captis à Gottifredo Bulloño Ierosolymis, ut scilicet christianos eam urbem petentes à Serracenorū incursionibus defenserent. Confirmavit Honorius tertius anno 1120. & Gregorius IX. qui simul regulam *Sancti Augustini*, his equitibus servandam tradidit, seu ut verius videtur, traditam ab Honorio antecessore, confirmavit: auxere multis privilegijs Alexander IV. Nicolaus III. Clemens IV. Ioannes XXII. Gregorius X. ditarunt multis possessionibus in Gallia (ubi Bonaci sedes magni magistri, post expulsos à Syria christianos) Filippus Augustus, sanctus Lodovitus, Filippus Pucher, Filippus Longus, Ioannes, Carolus VII.

Lodovici XI. Carolus VIII. Lodovicus XXII. Franciscus I. Henricus II. & III. Gallæ reges. Extincta pene erat hæc militia Ponficatu Pij IV. tum quia confusa partim fuerat cum Melitensi ex decreto Innocentij VIII. anno 1490. tum quia paulatim desierat, ut fere evenit rebus omnibus: illam tamen in pristinum spendorem reducere conatus anno 1565. eius magistrum creavit Iannottum Castellionem Mediolanensem virum, & natalibus, & rerum gestarum gloria insignem, confirmatis omnibus antecessorum suorum privilegijs, constitutione, quæ incipit, inter assiduas Romæ anno 1565. 4. Maij. Mortuo Castellione unitus est ordo S. Basilij, sive S. Lazari ex praescripto Gregorij XIII. constitutione. *Pro commissa nobis Romæ 13. Novembris anni 1572. ordini Sancti Mauritiij Thebea legionis ducis*, de quo infra. Item per Galliam ordinis *Sancta Maria de monte Carmelo*, iubente Paulo V. de quo inferius. Agunt de hac familia ex professo *Guillielmus Baldesanus, Canonicus Taurinensis in historia sacra Sancti Mauritiij, Italè, edita Taurinis anno 1604. tractatu de originis militaris Sancti Mauritiij pagin. 508. Aubertus Miratus in origin. Augustinianis lib. primo capit. 31. Franciscus Menenius in delitijs equestribus titulo de equitibus Sancti Lazari. Sansorinus de origine equitum, Italè titulo de equitibus Sancti Lazari, Morgia lib. tertio, capit. 7. Sylvester Marulus in Oceanio lib. 3. pagin. 207. Petrus Belloius Tolosanus in libello de equestribus ordinibus titulo de equitibus Sancti Lazari. Iacobus Tuanus in historia sua lib. 38. & quotquot infra pro ordine Sancti Mauritiij citabimus. Quæres, quis Lazarus sit huius militiæ patronus, ille ne, quem Christus à mortuis excitavit. *Ioan. II. numer. 49.* an ille, quem Angeli in sinum Abrahæ deduxere *Lucæ cap. 16. à num. 30?* Respondeo, mihi non satis constare, verum probabilius est, esse Lazarum pauperem, & mendicum, cum hic ficta persona non sit, ut satis constat ex Baronio tomo I. anno Christi 33. *Maldonato in Lucam*, & alijs, atque aptior ut mendicis, & pauperibus patrocinetur. Vide *Baldesanum* proximè citatum.*

Congregatio militaris Sancti 85
Ioannis Meliten sis. Instituta sub regula *Sancti Augustini* Ierosolymis prope templum Christi resurgentis in Calvariae monte à Gerardo Erectore hospitalis *Sancti Ioannis Baptista* anno 1099. Pontifice Paschali II. Imperatoribus Occidentis Henrico IV. Orientis Alexio Comneno, confirmata anno 1120. à Calixto II. & ab Honorio II. anno 1125. deinde à subsequentibus Pontificibus multis privilegijs donata. Vocatur R. E. non;

nonnunquam huius familiæ equites S. Ioannis, quod in hospitali S. Ioanni sacro instituti sint; nonnunquam Rhodienses, quod Rhodu insulam vi armorum Turcis eripuerint anno 1308. 20. Augusti, ibiq; sedem, & domicilium religiosis collocaverint, concessa sibi eadem insula à Clemente V. eodem ipso anno 1308. quam per annos 214. retinuerunt, usque ad 25. Decembribus anni 1522. qua die post longam multorum medium obsidionem, eam iterum Turcae recuperarunt. Nonnunquam Melitenses, quod in insulam Melitam dono Caroli quinti Imperatoris commigrarint (electi à Rhodo) ubi nunc sunt. Habitus equitum niger, cum octogona cruce candida in sinistro latere. Divisa est hæc familia in octo linguas, sive nationes, viginti prioratus, 653. cōmendas, sive percepturias: Officia sunt Magnus magister, Magnus Commendatarius, Marischalus, Hospitalarius, Thexaturius generalis, Admiralus, Draperius, Turcopolezins, Magnus Baiulius, Cancellarius Prior Ecclesie ordinis. Hæc omnia ex Claudio Roberto, in Gallia christiana titulo de Generalibus ordinum. Leges de hac familia Jacobum Rosium in historia Melitensi, tribus tomis Italè edita. Ioan. Ant. Viperanum de bello melitensi, Polyd. de invent. lib. 7. cap. 9. Cassan. in Cath. part. 9. considerazione 4. Sansovinum de orig. equit. lib. 2. pag. 27. Italè prodij. Venetijs anno 1570. Morigiam lib. 3. capit. 1. sylvest. Marul. in Oceano lib. 3. pag. 219. Genebrard. in Gelazio 2. Onusfrivs anno 1119. Gualt. in tabula chronog. faculo 10. anno eodem, Illescam Pontificali 1. part. lib. 5. cap. 18. Albert. Mir. ac origin. equit. lib. 1. Jacob. de Vitriaco historia orientalis capit. 64. Rom. libr. 7. reipublicæ christiane, Thom. Phaselum de rebus sicolis dec. 1. lib. 1. cap. 1. Azor, 10 no primo lib. 13. cap. 5. quæstione 3. Rodrig. tom. primo regul. quæstione 6. articul. 2. Menenium in delitijs equestribus titul. de Ierosolymitanis equit.

86 Congregatio militaris Sancti Sepulchri. Sic dicta vel quod prope sepulcrum Christi primum illum fuerit domicilium, vel quod ad securandas vias perigrinantibus ad sanctum sepulchrum sub regula Sancti Benedicti, vel (ut alij volunt) Sancti Augustini, erecta sit, vel quod apud illam fuerit sepulchri Christi Servatoris custodia. Aliqui eius institutionem à tempore S. Helenæ Constantini matris, trahunt, postquam dominicam crucem inuenit. Aliqui ab Imperio Caroli magni, cum donatione Aaronis Sarracenorum regis sepulchrum Christi Domini accepit. Alij (quod verius credimus) non ultra Balduini, hoc nomine prinij, Hierosolymotū regis, & pontificatū Paschalisi 2. (moritur anno 1110.) reiciunt. Tenebatur hi milites ex regulæ præscripto infidelibus arma inferre,

christianos redimere, ferre in pectore scutum Ierosolymitanum, idest crucem rubram, quæ quaternas alias contineret, in memoriam passionis Christi. Cæterum amissis Ierosolymis, electisque à Syria in totum christianis, qui ex equitibus Sancti sepulchri supererant, in Italiā remigrantes, partim Perugiae considerunt, partim Rhodianæ militiæ, nunc melitensi, iussu Innocentij VIII. adscripti sunt, sicque in totum esse desierunt, præter paucos, qui adhuc per Belgium conservantur. Agunt de hac familia Jacobus Bosius tom. 1. hist. melit. lib. 5. anno 1143. Sylvest. Marulus. in Occiano lib. 3. pagin. 232. Illescas in Pontificali part. 21 lib. 6. capit. 20. Menenius in delit. equest. titulo de milit. Sancti Sepulchri, apud quem in fine libelli statuta sunt, & leges huius militiæ.

Congregatio militaris equitum templi. Sic dicta à templo Ierosolymitano, prope quod eius hospitale, & primum domicilium erectum, instituta à novem equitibus Gallis, quorum duotentum ab scriptoribus nominantur, Hugo de paganis, & Gaufredo à Sancto Audomaro, sub regula Sancti Benedicti anno 1118. Gelazio 2. Sumo Pontifice, Imperatoribus Occidentis Hērico V. Oriētis Alexio Comneno, data equitibus regula est à S. Bernardo in concilio Trecensi, de campanha, in Gallia, celebrato anno 1127, novem post eorum institutionem, ut ex Guillielmo Tyrio, de bello sacro lib. 12. cap. 7. refert Baroniūs tom. 12. anno eodem. Templariorum institutum satis explicant eiusdem Guillielmi Tyrii, verba loco citato. Prima, inquit, professio eorum, quodque eis à domino Patriarcha Ierosolymitano, & reliquis episcopis, in remissionem peccatorum institutum est, ut vias, & innera, maxime ad salutem peregrinatum, & incutsantum infidias, pro viribus conservarent, &c. Tesseria, sive insigne militibus, cuius fuit rubra, in veste candida: de forma, variant authores, quidam octagonam faciunt, ut nunc est melitensis; quidam Patriarchalem, idest duplice brachio, in superiori, & inferiori hastis magni cuspidi, qualem ferunt Archiespiscopi Brachatenses, ut Hispaniarum Primitates. Prætermitti silentio non possunt, quæ de Templariis scripsit Vitriacus Cardin. hist. Orient. cap. 65. & 66. Ad eò, inquit formidabiles facti suos fidei Christi adversarij, quod unus persequebatur milie, & duodecim milia, non quod essent, sed magis ubi essent, dum ad anima clamaretur, interrogantes: Leones in bello, agni mansueti in domo, in expeditione milies asperi, in eccllesia, velut Eremitæ, & monachi, inimicis Christi Domini feroce, Christianis autem benigni, & mites vexillum bipartitum ex albo, & nigro, quod nominant. BEAUCÉANT, quib; Beaucéant,